

7644. 38
39.

PETRI MÜLLERI
DE
OSCULO
SANCTO
COMMENTATIO.

LITERIS ERICHIANIS. 1711.

ss. jur. civ.
82,16

1511.10. Mittwoch

1511.10. Mittwoch

1511.10. Mittwoch

1511.10. Mittwoch

BO NO CVM DEO!
COMMENTATIONIS
HISTORICO POLITICO
THEOLOGICÆ
DE
OSCULO SANCTO
ANTILOQVIUM.
In quo simul
De Osculo in genere, & divisione
Sancti differitur.

SUMMARIA.

1. Mirifica suavitas est Historiae. 2. In vocis natales inquirendum est. 3. Osculum quasi oris cultum dicas. 4. Hominibus propriè, animantibus impropriè tribuitur. 5. Differentia inter Osculum, Basium & Suavium. 6. Osculos, Os, Manus, Pollices, Genua, Pedes osculabantur. 7. Martialis manum præfert. 8. Divisio Osculi in Sanctum & Profanum. 9. Quid Osculum Sanctum dicatur. 10. Ut se Religio habet, ita etiam Sanctitas hominum. 11. Descriptio Osculi Sancti. 12. Divisio. 13. Osculis aliquid divini sepius subest, exemplo Principum Habsburgicorum, quorum Osculis balbutientes officium loquendi nanciscuntur.

(1) **M**irifica suavitas est Historiarum, & dulcescit Eruditio nostra cognitione Antiquitatistam Civilis quam Ecclesiasticæ. Animus curis negotiisque gravioribus lassus ad amœna monumentorum vireta progrediendo erigitur. Id cum etiam nobis contigerit hactenus, paucos ante dies locos, uti vocantur, communes nostros Historico Theologicos lustrare, ex-

(110)

que iis præsens de *Osculo Sancto* thema divulgare placuit. Ma-
neant cuivis studio suæ horæ, tempusque, si vacat, destinatum.

- 2 Cùm verò (2) commentatori in more positum sit, in vocis
natales inquirere, cùm initium doctrinæ habeatur nominum
consideratio, Socrates apud Avianum *lib. i. d. Epictet. disp. cap.*
3 7. absque ambage de Osculo in genere notetur illud (3) quasi
oris cultum dici; cùm Persona, cui infigitur à parte hominis
alterius palmaria, ore scilicet, colatur seu honoretur, oris
contracti ad certum objectum denotat applicationem, Nobis-
bilissimus JCtus & Antecessor Lipsiensis D.Paul.Franc.Roman.
4 in *dissert. de Osculis* §. 1. Hominibus (4) ob ora, propriè; Ani-
mantibus verò, v.g columbis, quæ habent rostra, impropriè
tribuitur, D. Georg. Rittershus. in *dissertat. de Osculis Sect. I.*
5 Differentiam (5) notant inter *Osculum*, *Basium* & *Suavium*,
Donatus Terentii interpres *Oscula* dicit officiorum, *Basia*, pu-
dicorum affectum & *Suavia* libidinum vel amorum. Caspar
Barthius *Criticus multis etatibus incomparabilis lib. 32. Adver-*
sariorum Commentator. ita: Amicis * vel bis osculum dari di-
cimus, Uxoribus basium, Scorto suavium. Item *Osculum Ca-*
ritatis, *Basium blandicii*, *Suavium voluptatis*, quod quidam in
versibus hoc distinxerunt.

*Conjugis interea * *basium* hinc *Oscula* damus Amicis,
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

Quicunque horum versuum auctor fuit, ineptus planè non
fuit. Prior ita legendus erit:

Basia Conjugibus damus, Oscula habebit Amicus.

- Ab agente semper fit ore, à paciente ubivis non item. *Oculos*
6 quippe, (6) *Os*, *Manus*, *Pollices*, *Genua*, *Pedes* osculabantur;
De *Oculis* Catullus:

Jucundos oculos tuos, Juventi,
Si quis me sinat usque basiare.

- 7 addatur Homeri *Odyss.* g. Martialis (7) osculum manuum
præfert osculo oris:

Bas.

Basis das aliis, aliis das Postume dextram;
Dicis, utrum mavis, elige? Malo manus.

De genuum aliorumque membrorum osculatione vide infra Cap. IV. (8) Osculum aliud est *Sanctum*, aliud *Profanum*. Hoc vel tolerabile vel intolerabile. Istud dicitur, (9) quod ita sit sanctum, hoc est, confirmatum, ut neque in verbo Dei, neque moribus culposum vel poenæ veniat subiectum; sic res sanctæ appellantur, quod ab injuriâ hominum defensæ persistant & munitæ *i. sanctum 8. princ. ff. d. rer. division. numer. 35. vers. 6. Deuter. 4. vers. 41. 19. v. 2. 3.* quemadmodum autem *Religio* (10) alia *vera*, alia *falsa*, & *profana* (10) est, ita, pro conditione hominum sanctitas se habet; Apud Ethnicos pium dicitur, quod Christiani Idololatriam nominant. Osculum ergo apud has gentes sanctum, apud alias profanum est. *Describimus*: (11) Quod osculum sit applicatio oris ad certum objectum, ita tamen, ne carnales affectus, sed pietatem sapiat. *Dividimus* (12) in *Reconciliatorium*, de quo Capite I. *Valedictorium*, Cap. II. *Conjugale*, Cap. III. *Observantiae*, Cap. IV. *Clementiae*, Cap. V. *Religiosum*, Cap. VI. & *Mysticum* Cap. VII. Quibus ex doctrina Contrariorum addatur *Profanum*, Cap. VIII. Prius autem quam longius abeat animadvertisendum est, Osculis (13) aliquid divini saepius subesse; & quis neget, qui inclitorum Principum *Habsburgorum* virtutem osculandi spectat; Notorium est, *inquit* D. Ditherr *ad Besold. Thesaur. practic. voc. Ruff* / & saepè probatum, quod dum quis balbutiens est, vel impeditioris linguae, si à Principe de Habsburg sine alio quoconque suffragio, osculum acceperit, officium loquendi disertissimè etati suæ congruum mox potenter obtinebit. *Limnæus lib. 5. jur. publ. cap. 2. num. 9. Felix Faber. in historia Suevica lib. 1. cap. 15. Christoph. Crusius part. 2. de indiciis cap. 22. num. 40. Camerarius cent. 3. horar. subcif. cap. 42. p. 152. dubitat. D. Theodor. Höpingk de Not. Naturalib. genit. & gentil. medit. Histor. §. 7. num. 30.*

CAPUT PRIMUM
DE
OSCVLO RECONCILIATORIO.
SUMMARIA.

1. Quodnam dicatur. 2. Christianus lèdenti facile veniam concedit. 3. Inter tres Theologicas virtutes Charitas maxima est. 4. Ex signis cognoscitur injuriarum sublatio. 5. in primis osculo. 6. Quare in columba venerit Spiritus sanctus. 7. Per osculum amantes sibi mutuo quasi uniuntur. 8. Adversarij si blandiori colloquio ne quis vincere, vincas osculo. 9. Esavus cum fratre rediens in gratiam, ipsum osculatus est. 10. Parei sententia ad istum locum. II. Esavus non permanxit profanus. 12. David Absolonem osculo excepit. 13. Pater Φιλότοεγ filium deperditum osculatus est. 14. Mithridates & Sylla se invicem osculati sunt. 15. Maurus à Theodosio susceptus est osculo. 16. Henricus Imperator Saxones excepit osculo. 17. Colloquium inter Corbulonem & Parthorum Regem osculo finitum est. 18. Primi Christiani oscula tanquam fraternitatis symbola publicè adhibuere. 19. Unde Orationis signacula vocantur. 20. Ipsi Apostoli antequam sacram Eucharistiam sumerent sibi invicem osculum dederunt. 21. hoc vocatur in specie Sanctum. 22. Animos mutuo conciliat. 23. Veri Christiani se invicem osculantur. 24. Absolutis precibus communicaturi duo se invicem osculo salutabant. 25. Neque Eucharistiam sumebant sine casto pacis osculo. 26. Tertulliani locus affertur. 27. Casta sint oscula, quæ in Ecclesiis dantur. 28. Osculum etiam ante communionem præbitum est. 29. Quâ conscientiâ ad Eucharistiam accedam & respondebo Amen, cùm de charitate dubitem porrigentis. 30. Tale hoc non est, quale in foro. 31. Misceremus nos non in corporum mixtione, sed animorum charitate devincti. 32. Quomodo Diaconus exclamaverit. 33. Drusius osculum precationis substituit.

stituit. 34. Dillherr amen reale dicit. 35. Ob criminationes ab Ethniciis propter id sparsas abrogatum est. 36. ex denegatione hujus osculi Maranta modum probandi inimicitiam desumit. 37. Apud Romanenses receptum hodie est, ut agnus osculetur das Pacem Rüssent.

(1) **H**oc est, quod in signum odii remissi & benevolentiae stabilendæ ergò alter alteri infert. (2) Christianus, qui nomen non solum habet, sed officia ipsius quoque verè tuetur, lædenti facile veniam concedit, ut ipsius bona opera eò magis elucescant, ad implendum Servatoris nostri iussum, qui Job. 13. v. 34. 35. præceptum, *inquit*, novum do vobis, ut diligatis vos invicem. In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli sitis, si dilectionem habueritis inter vos invicem, & cap. 15. v. 12. hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem, quemadmodum dilexi vos. (3) Quamvis ergò homini salvando per necessariæ sint tres Theologiæ virtutes, Fides, Spes, Charitas, Maxima tamen illorum omnium est Charitas, 1. ad Corinth. cap. 13. ibique Lutherus, Balduinus, Gvaltherus, Hunnius, Estius, Pareus; & ostendenda factis, rancorem ac offendam remittendo. Animi autem habitudo seu dispositio affectuum ex signis externis cognoscitur; (4) ita ut sublatio injuriarum per Dextrarum cessionem ac conjunctionem declaretur, si quidem illarum copulatio semper amicitiæ ac fidei pacisque symbolum habita fuit, Wesenbec. ad π. de Injur. n. 13. Camerar. cent. 1. oper. success. c. 35. Et cent. 2. cap. 46. & Senec. in Heros. Fur. act. 2. scen. 3. *Uolo unum vobis ducere*

Sociemus animos, pignus hoc fidei cape,

Contige dextram; quid truci vultu files?

(5) OSCULO tamen in primis manifestatur reconciliatio, Gloss. in c. pacem de consecr. dist. 2. Matth. de Afflict. ad §. injur. 1. n. 118. lib. 2. Feud. tit. 53. Eo ipso enim Consensus & Benevolentia Cöpoll. conf. 2. n. 16. Masquard. d. probat. concl. 902. n. 22. conclus. 417. n. 21. Greg. Tholos. lib. 36. c. 12. Henric. Salmuth in not. ad

Pan-

Panciroll. lib. I. Petron. Satyric. c. 69. lib. 4. epist. 23. & Concordia
 significantur ; Sic Cyprianus adversus Novatianum : Idcirco,
 6 (6) ait , in columba venit Spiritus Sanctus , simplex animal &
 laetum, non felle amarum, non morsibus sœvum, non unguium
 laceratione , violentum , cuius ingenium est hospitia humana
 diligere, unius domus consortium nosse ; cum generant simul
 filios educare ; cùm commeant volatilibus , invicem cohæ-
 rere; communi conversatione vitam suam degere oris osculo
 concordiam pacis agnoscere ; circa omnia demum humani-
 tatis omnem implere legem. Jucundum est , inquit Franzkius
in hist. anim. aspicere summam concordiam talium avicula-
 rum (columbarum) oscula mutua & conversationes dulces.
 7 Per (7) osculum amantes sibi mutuò quasi uniuntur , & calo-
 rem, spiritum atque amorem sibi mutuò inspirant atque com-
 municant D. Stegman. *Christognosia meletem. 5. p. m. 326.* Vi-
 8 deas (8) ergò juxta monitum Tertull. *in lib. de patient. adver-*
sarium, quem vincere non potes blandiori alloqvio, conver-
tere frequentiori osculo: quem oscularis, quando frequenter
 9 illum à malo dehortaris. *ESAVLUS* (9) in collum fratri sui
Jacobi, cum quo in gratiam redierat, se projectit, eumque os-
 culatus est *Genes. 33. v. 4.* ut fraternum istud osculum placati
 animi fuerit indicium, D. Joh. Gerhard. *in comment. ad Genes.*
 10 *d.l. p. m. 1760.* His signis, (10) ait David Pareus *S. Literarum in*
Academia Heidelbergens. quondam Professor, in comment. ad
Genes. ibid. satis testatur Esau, se omni deposito rancore verè
diligere fratrem. Verbum Ebraicum, osculatus est eum, de-
super omnibus literis est punctatum, quo Hebrei volunt si-
gnificari, Esau fictè osculatum fratrem, non ex animo. Sed
non videtur. Accipiamus potius in meliorem partem, quod
seriò egerit cum fratre, verèque ei fuerit reconciliatus. Nam
talia simulare, extremæ fuisset nequitiæ. Mansit quidem
profanus : attamen non legitur inimicitias deinceps exer-
 11 *cuisse cum fratre. (Quamvis (11) talem permanisse Esavum*
atque

atque æternum periisse, simpliciter asserendum non est, vid.
egregiam dissertationem Theologicam D. Christiani Chem-
nitii beatæ memoriae Professoris & Superintendentis Jenensis de
Salute Esavi.) (12) DAVID Absolonem filium in gratiam re- 12
cipiens osculo exceptit 2. Sam. 14. vers. ult. PATER (13) Φι- 13
λόγος filii perditi misericordiæ motus & accurrens, inci-
dit in collum ejus & deosculatus est eum Luc. 15. vers. 20. De
(14) MITHRIDATE & SYLLA Plutarchus. *in vit. Luc.* 14
Cornel. Sylla ita ait: Cum Mithridates obviam prodiisset, ac
dextram protendisset, Sylla percontatus, bellone, inquit,
finem imponis iis conditionibus quas confessus est Arche-
laus? Tacente Rege, Sylla, eos, inquit, quibus pace opus
est, verba prius facere convenit: at victoribus silentia te-
nere satis est. Postquam Mithridates purgationem suam
orsus, belli causas partim in Deos vertere, partim in ipso-
rum culpam Romanorum referre conatus est: excipiens
Sylla, dudum, ait, aliis renuntiationis audieram, nunc au-
tem ipse intelligo, quām singulari, Mithridates, polleas elo-
quentiā, qui tam flagitious in rebus, tamque impiis, præ-
textu & ratione probabili minimè caruisti. Cūm autem
quæ acerbissimè ab eo patrata fuerant, confutasset, & ac-
cusando improbasset, denuò rogavit, num quæ cum Arche-
lao pacta convendaque sint, absolvat. Illo eum in modum
facturum se sese respondente, familiarissimè salutavit, & am-
pleteens exosculatus est. Et Ammianus Marcellinus *rer.*
gestar. lib. 29. pag. miki 429. Præmissis (15) inquit, muneri- 15
bus Maurus ipse fidentius ad Romanum pervexerat du-
cem, equo insidens apto ad ancipes casus: cumque propè
venisset, fulgore signorum & terribili vultu *Theodosii* præ-
strictus, jumento desiliit, curvataque cervice humi penè
adfixus, temeritatem suam flebiliter incusabat, pacem ob-
secrando cum venia. Susceptusque cum osculo, quoni-
am reipublicæ conducebat, bonæ spei jam plenus, suffici-

Q

entia

16 entia præbuit alimēta. De (16) HENRICO Imperatore ita
 Cyriac. Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 190. p. 198. lat. 2. ibid.
 Hierauf (Anno 974.) ward der Fried geschlossen/ und
 zogen die Sachsen mit denen / so den Frieden ge-
 macht/ häufig dem Kaiser (Henrico) entgegen/ der
 Sie denn freundlich mit dem Russ/ wie bräuchlich/
 empfieng/ und was die Unterhändler verabschiedet/
 war mit einem Jawort bekräftiget und bestätigt/
 das geschach gleich auf den andern Tag Februarit.

17 (17) Cyriacus Lentulus *in tract. suo Princeps Absolutus inscript. axiomat. 10. p. 324.* Quid multa? inquit, Pax inter Corbulonem & Parthorum Regem gloria Romanis, & Parthis non infructuosa convenit. Iturum quippe Romanam laturumque novum Cæsari decus non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaci- den, sic quod Romanus in votis habuit, diadema potentissi- morum Orientis Regum fastigio Romano submissum. Tunc placuit Tinidatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne Re- gium, nec nisi manu Neronis resumere, & *colloquium osculo finitum.* Ita Majestas Romana, Pæti ignominiosa pactione im- minuta, vindicabatur. Sic verus bellorum legitimorum finis
 18 cum dignitate ad otium reductus. (18) *Primi Christiani Osculo tanquam fraternitatis symbola & Charitatis Christianæ tesseras sibi invicem publicè adhibuere.* Tertullianus *d. Orat.* appellat. (19) Orationis signacula. Porrecta hæc oscula fuerunt spi- ritualia, non carnalia, quæ complexu corporum animas copu- lant, non desiderio carnis sed & spiritus, Ambros. *in 2. Corinth. 207.* Ipsit (20) Apostoli in primitivâ Ecclesiâ antequam sacram Eucharistiam sumerent, sibi invicem osculum dederunt in signum concordis susceptionis & adimplectionis admonitionum. Nicolaus de Gorran, quondam Provincialis Ordinis Praedicatorum in Galliâ *in comment. ad cap. 16. Roman. c. 2.*

Et

Et hoc est (21) φίλημα α' ην ΟΣCULUM in specie SAN-
CTUM cuius Paulus Roman. 16. meminit, vid. ibi Balduin.ⁱⁿ
comment. & Petrus vocat i. Pet. 5, 14. φίλημα αγάπης; ibique
Sellneccer. in comment. (22) Hoc osculum animos inutuò²²
conciliat, & omnem malorum oblivionem illis spondet, si-
gnum est hoc osculum reconciliationis, universæque inju-
riarum memoriæ deletæ, prout Cyrillus Hierosolymita-
nus ait *Catech. Mystagogic. 5.* & veri (23) Christiani se in-²³
vicem osculantur, ut recordentur, Deum nos in verbo suo
& Spitu Sancto saviter osculari. Hieronym. *Homil. 1.*
in Canticor. De hocce ritu eleganter disserit Admodum
Reverendus Dn. Henricus Rixnerus S. S. Theol. Doctor, inque
Academiâ Juliâ, quæ Helmstadii est, Professor eximius in libro
de Veter. Christianor. circa S. Eucharistiam institutis & riti-
bus cap. 7. n. 3. Absolutis precibus, (24) ait, communicaturi²⁴
duo se invicem osculo salutabant, teste Justino, Concilium
Laodicense can. 19. post Orationes demum osculum pacis dari
debet. Et posteaquam Presbyteri Episcopo pacem dede-
rint, tunc etiam Laicos sibi invicem dare oportet. In Con-
stitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 15. legitur, Diaconum
clamasse: Attendamus! & deinde Episcopum: Pax Dei vo-
biscum omnibus; respondente coetu: Et cum Spiritu tuo!
Vicissim Diaconum: Salutare vos invicem *Osculo Sancto!*
atque tunc Clericos Episcopo, & ex Laicis viros viris, ac fœ-
minas fœminis oscula fixisse, Hypodiacono interim Sacer-
dotum manibus frigidam affundente, adde Dionysii *Hierar-*
chiam Ecclesiasticam cap. 3. Cyrillus Hierosolymitanus *Ca-*
techesi Mystagogicâ V. utriusque ritus meminit, vidistis, ait
Diaconum aquam lavandis manibus Sacerdoti & Presbyte-
ris, altare Dei cingentibus porrigere. Deinde clamat Dia-
conus: Alii alios amplectimini, & osculemur nos invicem.
D. Joachim. Hildebrandus *in libell. ad Pris.* & *primitiv. Eccles.*
sacris public. templ. & *dieb. fest. cap. 1.* Porro *thes. 5.* pergit.

Q 2

Uti

Uti verò absque præviâ manuum ablutione nec orabant ve-
 25 teres, nec Eucharistiam sumebant, sic (25) sine *caso pacis of-*
rulo preces in cœtu publico non finiebantur, tantum aberat,
 ut sine eo cœnæ sacræ solenni illi pacis & amoris convi-
 vio, testificandæ gratiæ & charitatis ergò à Domino insti-
 26 tuto, quis interesset. (26) Tertullianus *lib. de Oratione cap. 14.*
 Alia jam consuetudo invaluit. Jejunantes habitâ oratione
 cum fratribus subtrahunt osculum pacis, quod est signacu-
 lum orationis. Quando autem magis conferenda cum
 fratribus pax est, nisi cum oratio commendabilior ascen-
 dit, ut ipsi de nostra operatione participes, jam audeant de
 sua pace fratri transigere? Quæ oratio cum divortio san-
 eti osculi integra, quem Domino officium facientem im-
 pedit pax? quale sacrificium est, à quo sine pace receditur?
 Quæcunque operatio sit, non erit potior præcepti observa-
 tione, quo jubemur jejunia nostra celare. Jam enim
 de abstinentia osculi agnoscimur jejunantes. Obiter hîc
 nota, Septimum, quum in jejunantibus quibusdam osculi
 post orationes neglectum reprehendit, non loqui de jeju-
 nio integro & plenario; Nam uti hujusmodi tempore com-
 munio nulla fiebat, ita nec dabatur osculum. Die Pa-
 schæ (passionis Dominicæ) quo communis & quasi publica
 jejunii religio est, merito deponimus osculum, nihil curan-
 tes de osculando, quod cum omnibus faciamus. Origines
 in *caput XVI. Epistola ad Romanos*, ex hoc sermone, *inquit*,
 & aliis nonnullis similibus mos Ecclesiis traditus est, ut post
 orationes osculo se invicem suscipiant fratres. Hoc
 27 autem Osculum Sanctum appellat Apostolus. (27) Quo
 nomine illud docet, primo, ut casta sint oscula, quæ in
 Ecclesiis dantur. Tunc deinde, ut simulata non sint, sicut
 fuerint Judæ, qui osculum labiis dabat, proditionem corde
 tractabat. Osculum verò fidele primo, ut diximus, ca-
 strum sit, deinde pacem in se simplicitatemque habeat in
 cha-

charitate non facta. Osculum (28) etiam ante communionem præbitum esse, laudatissimus Rixxerus ex Patribus deducit dicto tractatu cap. 6. thes. 6. Autor quatuor homiliarum in Canticum Cantorum, qui Origines, cuius primo operum tomo extant, versio autem S. Hieronymi, cuius septimō tomo habetur, vulgo quidem, non tamen Erasmo Roterdamo Censurâ Originariis scriptis præmissâ aliisque emuntioris nasi creditur: Hoc est, ait, verius propiusque & sanctius osculum, quod à Sponso, Dei verbo, porrigitur sponsa, puræ scilicet animæ & perfectæ. Cujus rei imago est illud osculum, quod in Ecclesia sub tempore mysteriorum nobis invicem damus. Hieronymus epistola ad Theophilum adversus Iohannem Hierosolymitanum: Ignoramus absque charitate pacem, sine pace communionem. Si munera nostra absque pace afferre non possumus, quanto magis est & Christi corpus accipere? Quà (29) conscientia ad Eucharistiam accedam, & respondebo Amen, cum de charitate dubitem porridentis? Quisquam ne tibi invitus communicat? Quisquam ne extenta manu vertit faciem, & inter sacras epulas Judæ osculum porrigit? Chrysostomus post initia libri i. de compunctione cordis, osculum pacis porrigeret tempore, quo munera offeruntur, in usu est. Sed vereor, ne plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant, cum Christus pacem non ex ore, sed ex corde desideret, & affectu velit proximum, non labiis salutari. Cyrillus pergit: Ne putas (30) osculum tale esse, quale in foro inter communes amicos esse conservavit; neque enim hujusmodi est. Animos reconciliat, & omnium injuriarum oblivionem spondet. Signum ergò hoc osculum est, reconciliatos esse animos, & omnem ex iis eliminari offendarum memoriam. Osculum hoc reconciliatio est, atque idcirco sanctum, de quo & Paulus clamabat: Salutate vos invicem Osculo Sancto; & Petrus: Osculo dilectionis. Scilicet ut Dyonisius

Q 3

ait,

ait, non possunt ad unum colligi, atque unius pacificæ unionis participes existere, qui secum ipsi dissident. Ita quoque Chrysostomus homilia 77. in Johannem: Ideo in Mysteriis invicem osculamur, ut multi unum efficiamur. Nam, ut idem homilia de proditione Judæ ait, Sanctum Osculum animas sociat, reconciliat mentes, & unum corpus ostendit, quia unum corpus videmur esse sortiti; & 31 ideo miscemus (31) nos in corpore uno, non in corporum mixtione, sed animorum charitate devincti, ut sic divinæ mensæ possimus fructibus satiari. De hocce osculo porrò 32 differit Dn. Rixnerus loc. cit. thes. 12. Diaconus (32) denuo exclamabat: Nullus Cathechumenus, nullus infidelis, nullus hæredicus. Qui primam orationem perfecisti, discerdite. Pueros recipite matres. Ne quis contra aliquem! Ne quis in hyprocristi! Erecti ad Dominum cum timore & tremore manentes sinamus offerri, quæ annotavit ~~Heudwurm~~ Clemens. Hæc D. Rixnerus vid. Josuæ Arndii Lexicon Antiquitat. Ecclesiasticar. sub tit. Oscular. in Eccles. §. 3. D. Weller. in annotat. in c. 16. epist. ad Roman. v. 16. Gvilielm. Estii Comment. in c. 16. vers. 16. Epist. ad Roman. Stuck. lib. 2. antiqu. Conviv. c. 32. Drusius osculum (33) precationis substituit in cap. 18. in Genes. & c. 12. in Exod. Verum vid. Buxtorff. 34 Lexic. Talmut. 1405. ubi errorem detigit. D. Dilherr. (34) Elect. p. 182. Amen Reale commode dicit. add. Voss. lib. 2. c. 1. d. Harmonia Evangel. Cornel à Lapide Commentar. in 2. Corinth. 13. 12. Ob Criminationes (35) ab Ethnicis propter id osculum in Christianos sparsas sublatum est Baronius Annal. Ecclesiast. ad ann. 40. num. 26. Plurim. Rever. Dn. Christian Korthold. SS. Theol. D. & in Acad. Holsat. Chiloniens. Profess. in tractat, te Calumniis in Veteres Christian. à Gentilib. Sparsis Diatrib. 3. thes. 31. Clemens Alexandrin. Pædagog. lib. 3. Ex denegatione (36) hujus osculi inimicitiam probandi modum desumit Rober. Maranta tractat. de ordine

Judi-

Judicior. part. 6. d. appellat. num. 48. Scilicet quando in Ecclesia solitum est dari osculum pacis : quia si aliquis non vulnus admittere alterum ad osculum pacis, præsumitur ex hoc inimicus. Apud ROMANENSES (37) hodie receptum est, ut 37 finitis & peractis sacris agnus osculandis detur, quod osculum dicitur das Pacem füssen / Innocent. in capit. pacem distinct. 20. ut constet populum ad omnia, quæ in Mysteriis aguntur atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, & finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrantur Dn. Jacob Herrenschmidt Ecclesiæ Nördlingensis Archybresbyter. Osculolog Theolog. Philosoph. cap. 22. Rittershus. d. oscul. sect. 16. Jo- han. Stephan. Durandus d. ritib. Eccles. Cathol. Stuck. Anti- quitat. convival. c. 32. Bellarmin. tom 3. cantrov. l. 2. d. Missæ c. 15. Cornel. à Lapide loc. cit. Kempius d. Oscul. art. 2. §. 8.

CAPUT SECUNDUM DE OSCULO VALEDICTORIO.

SUMMARIA.

1. Quodnam istud sit. 2. vocatur osculum discessus. 3. ab Hebrais Osculum separationis. 4. Ultima colloquia domesticis solent esse suavissima. 5. Laban summo mane surrexit & filios suos osculatus est. 6. Paulum abiturientem Milevitani osculati sunt. 7. Jacobus Apostolus emissario osculum dedit. 8. Veteres osculati sunt Martyres. 9. Ecclesiastæ Pragenses in exilium pulsi, sese collegialitatis osculo complexi sunt. 10. Historia Margaretæ, Comitis Provincialis Thuringiæ Conjugis Filios Friedericum & Ticemannum osculantis historiæ ex Peutero refertur. 11. Agonizantibus osculum dederunt. 12. Persuasto erat veterum osculis amantis in media morte animæ hominis commorari paulum debere. 13. Bellarmini jamjam morienti manus nonnulli osculati sunt. 14. Mortuus oscula fixxunt. 15. exemplo fertur Joseph. 16. Justinus Justiniani

C. ad. 2.

Cadaver osculatur. 17. Cleopatra Antonii tumulum coronavit & osculata est. 18. Agesistrata Agidis filii exanimis osculata est faciem. 19. Ottonis imperatoris mortui manus pedesque multi exosculati sunt.

- 1 (1) **E**ST quod discedentibus non sine animi tristitia quadam,
2 pie tamen infertur. (2) Vocatur etiam osculum discessus, Drusius *miscell. centur. i. cap. 60.* ab Hebræis osculum.
- 3 (3) Separationis. *Quemadmodum ultima colloquia* (4) do-
- 4 mesticis & familiaribus svavissima & desideratissima esse so-
lent, dicente Theophil. teste Joh. Wanckel. *in not. ad Horo-*
log. Princip. Anton. de Guevara lib. 4. c. 59. pag. mibi 688. Ita
animus ad signa amoris exprimenda expeditius incenditur,
quod cum osculo non sine benedictionis voto fieri solet.
- 5 LABAN (5) summo mane surrexit & osculatus est filios
suos (*Nepotes suos*) & filias (*Rachelem & Leam ac Neptem Di-*
nam) & benedixit eis (*faustissima queque ipsis precatus est* (*Ge-*
- 6 *nef. 31. v. 28. ibique* D. Joh. Gerhard. *in commentar.* (6) PAU-
LUM abiturum Milevitani ob ejus discessum tristes osculati
- 7 sunt *Actor. 20. vers. 37.* (7) JACOBUS Apostolus Martyr
emissario cum ad Judicem , ut gladio feriretur , adducenti
osculum dedit, eique valedixit, & utriusque caput amputa-
tum est in anno 45. Clemens Alexandrin. *lib. 3. Hypothes.* An-
dreas Hondorff & Wenceslaus Sturmius *in Calendar. San-*
ctor. & Historiar. ad diem 25. Junii pag. mibi 566. Accedebant
- 8 Veteres singulari pietate moti ad MARTYRES (8) vincu-
lis detentos, ipsosque osculabantur. Tertullian. *lib. 2. ad uxo-*
rem: *Quis, inquit, ad carcerem ad osculanda vincula Mar-*
tyris reptare patiatur? addatur Martyrologium Romanum
IX. Kal. Junii: Philadelphia in Arabia natalis sanctorum Mar-
tyrum Zenonis ac Zenæ servi ejus, qui catenas Domini sui
vinciti exosculans, eumque rogans, ut se in tormentis parti-
cipem dignaretur habere ; à militibus tentus pacem cum
Domino martyrii coronam accepit, *vid. infra Cap. VII.* EC-

CLE-

CLESIASTÆ PRAGENSES (9) in exilium pulsi, antequam
secessere, congregati ultimum valedixerunt, seseque Colle-
gialitatis osculo mutuo complexi sunt, *vid. furher Bericht/*
wie sich die Evangelischen deutsche Prediger zu Prag mit ihren
lieben Zuhörern Christlich und öffentlich gelehrt und auf freyem
Felde gesegnet. anno 1622. Memorabilem liceat heic narrare
ex Peucer. lib. 5. Chron. Historiam, (10) quam etiam refert Dn. 10
Rittershus. cit. tract. Section. II. & Herrenschmidt cap. 46.
ALBERTUS Comes Provincialis Thuringiae Henrici optimi
Patris degener filius, cùm ex MARGARETHA Frideri-
ci II, filia suscepisset filios duos, *Fridericum & Ticemannum*
generosissimæ indolis adolescentes, spreta conjuge nobilissi-
ma exarsit amore pellicis tanto, ut etiam vitæ Conjugis in-
sidias struxerit, de quibus illa certissimis indicibus edocet
ut cederet furoribus & sceleri mariti & vitæ consulteret, hor-
tantibus amicis prudentibus ac fidelibus, consilium cepit
de fuga. Ostenditur adhuc locus in arce Isenacensi, ubi
non magna est altitudo à scopulo extra arcem ad fenestram,
ex qua Domina cum quinque Comitibus dimissa fuit. No-
cte cum migratura esset, priusquam à filiis discederet, assi-
dens ad lectulos & calamitatem suam deplorans, cum Con-
filiarios senex & Matronæ eam comitaturæ hortarentur ut
properaret, tandem valedictura filiis à quibus avellebatur
invita, quod eorum pericula sciret non fore leviora suis,
Fridericum natu majorem lacrymis & ejulatu materni do-
loris magnitudinem ostendens, *osculis crebris complexa,*
postremò mirabili animi motu genam ejus mordicus pre-
hendit ac læsit. Priscos in Ecclesia osculum valedictionis
loco singularisque contestandi amoris & honoris ergo (11) II
AGONIZANTIBUS dedere, sic Chrysostomus homil. 1. de
patient. Jobi. *Qui secundum carnem parentes sunt, cùm*
natum ultimo Spiritu laborantem habuerint, circumcident,
ultimaque ejus audiunt verba, manus circumpalpant, adhor-

R

tatio-

tationes fomentaque alia de industria adhibent. Os deosculantur ultimo parentum osculo. Exinde cum reddiderit puer animam: quemadmodum desiderant, jubent parentes officia adhibere. Manus componunt, oculos claudunt, caput directo statuunt, pedes reducunt, lavant, sepulchroque condigno dignis funeralibus condunt, atque propria calamitate solantur.

12 Persuasio (12) erat veterum, osculis amantis in media morte animam hominis commorari paulum debere. Epitaphium Phæbo Liberto positum è Gellio Maximo:

Hic situs est quondam Gelli pars maxima Phæbus:
Affectus omnes possidet iste lapis.

Vix consummat semptem quinquennia lustrum
Oscula ferventem nec tenuere animam.

Scribendum lustris. Barth. adversar. lib. 4. cap. 17. ac Ovid.
Consol. v. 95.

At miseranda parens, suprema nec oscula fixit.

Frigida nec movit membra tremente manu,

Non animam apposito fugientem exceptit hiatu.

13 BELLARMINI Cardinalis (13) jamjam morituri manus non nulli sunt osculati Marcell. Cervin. in imag. virtut. Bellarmin.

14 cap. 42. pag. 116. Etiam CADAVERIBUS (14) seu Mortuis oscula fixerunt. Sic Moses (15) Genes. 50. vers. 1. cernens Joseph collectum JACOBUM ad populum suum, ruit super faciem Patris, flens & deosculans eum. Osculatus est Joseph Patrem & ejus compressit oculos, non quasi mortui, sed tantum quam dormientis, Lyser in Josepho. Corippus de Justino (16) Juniore, JUSTINIANI Cadaver adeunte:

Ut prius ingrediens corpus venerabile vidit;
Incubuit lacrymans, atque oscula frigida carpsit
Divini Patris.

Dn. Johann. Michael Dilherrus, Theologus pariter ac Philologus dum in vivis erat sine paritom. 1. Disputat. Academic. XV. de Antiquit. rit. funer. num. 23. Olim (17) CLEOPATRA

Anto-

Antonii tumulum coronavit (busta enim & monumenta tæniis & lanâ, vel myrto, interdum hyacintho & liliis coronasse Dn. Johan. Andr. Bosius beat. memor. in dissertat. de Coronar. gestatione cap. 12. §. 5. notat) & deosculata est, Plutarch. in Anton. AGESISTRATA (18) quam Agidem filium exanimem 18 jacentem videret, exosculata faciem dixit : Nimia tua, O fili, bonitas, nimia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. (19) OTTONIS Imperatoris mortui manus ac pedes 19 multi præsentium militum cum plurimo fleetu exosculati sunt, Sueton. in vit. Ottonis in fin.

CAPUT TERTIUM DE OSCULO CONJUGALI. SUMMARIA.

1. Quale sit. 2. Due sunt Veneres. 3. Oscula que a spicio Conjugiæ sunt honesta sunt. 4. sub appellatione Conjugum comprehenduntur Sponsi. 5. Veteres Christiani osculum tessaram Sponsaliorum existimarunt. 6. citatur locus Tertulliani. 7. Exemplum Rebeccæ desponsatae. 8. Theudelinda Longobardorum, Regina Agilulphum osculo Conjugem & Regem facit. 9. Osculum tamen ejusmodi pro complemento duntaxat Sponsaliorum habendum est. 10. Datum osculum sponsalitium, num sponsalia sub conditione contracta purificet ? 11. De effectu osculi hujus vid. l. 16. de donat. ant. nupt. 12. Sponsa advenientes hospites antiquo ritu solebat castè salutare. 13. Osculum Conjugum sanctum est. 14. Gallienus Imperator in epithalamio ad osculum columbarum allusit. 15. Cato prohibuit ne maritus deosculetur Conjugem in presentia filii. 16. Cato nunquam, nisi tonante Jove, à Martia uxore complexum se dixit. 17. Mulieres viros peregrè advenientes suavabantur. 18. Mulier, que ab alio, præter Maritum osculo se comprimi passa est, num dotem perdat ?

(132)

1 (1) TALE dicitur, quando Conjugum alter veri amoris inter
2 se indicem osculum alteri figit. *Duas* (2) esse ajunt *Ve-*
neres, alteram in *cælo*, alteram in *terra*. Hæc lascivi, illa ho-
nesti amoris mater est. *Gvazz. de civil. conversat. part. 7. pag.*
mibi 249. Nec amor est ullus, qui vincat Conjugalem juxta
illud Poetæ:

Omnis amor magnus sed aperto in Conjuge major.

3 (3) Oscula ergo nulla magis licita & honesta censentur, quam
quæ auspicio Conjugi fiunt, unde osculum hoc *in specie* dici-
tur *Castum*, & matrimonii pignus *Casp.* *Barthius tom. 1. Ani-*
madvers. ad Pap. Statii lib. 1. Silv. 2. vers. 30. Comprehendi-
4 mus autem sub appellatione (4) Conjugem tam illos, qui ve-
rè tales sunt, quam qui spem consummandi matrimonii ha-
bent, & cingendum & cinctum, hoc est, Sponsos & Maritos.
Illi enim ob vinculum promissionis in nomine horum di-
gnantur. Veteres (5) Christiani osculum tesseram Sponsaliorū,
& initialem quali Sponsæ fruitionem existimaverunt, & com-
munæ Conscientiæ pignus, quo totam condixerunt confusio-
nem, hoc est, pignus, quo conscientias suas novi Sponsi con-
stringunt, sed fidem conjugalem invicem servatiros, *Tertullianus* dicitur,
Maxime Reverendus Theologus D. Joachimus
Hildebrandus in lib. de Nuptiis veter. Christianor. Ad despon-
6 sationem, (6) inquit *Tertullianus lib. de veland. virginib. cap.*
ii. velantur Virgines, quia corpore & spiritu masculo mixtæ
sunt per osculum & dextras, per quæ primum resignarunt pu-
dorem spiritus per commune conscientiæ pignus. Ita vota
conjugalia mutuis osculis libata. Idem *Tertull. d.l. Desponsatæ*
7 habent exemplum (7) *Rebecca*, quæ cum ad sponsum igno-
tum adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognovit esse,
quem de longinquο prospexerit, non sustinuit dextræ col-
luctationem, nec osculi congressionem, nec salutationis
communicationem, sed confessa quod senserat, i. e. spiritu
nupta negavit virginem, velata ibidem. *Quintilianus solo*
osculo

3.1.1 (1)

osculo conjuges putari scribit *Declamat.* 307. THEUDE-
LINDA (8) (*Amalasuinta ab Olae Magno dicta*) Longo- 8
ardorum Rogina, piissima fœmina *Garibaldi* Bavariæ Regis
ilia, *Antharis* Longobardorum Regis *Vidua*, Procerum de-
reto ita Regno successit, ut quem eligeret Maritum, Rex
slet. Illa neminem se, Regnoque dignorem æstimans, A-
GILULPHUM accersit simulatâ causâ; Cui Regiam ma-
ium ut osculetur, accedenti, Os porrigit, illâque tesserâ
conjugem & Regem facit. Paul. Diacon. & Emmon. Phi-
ert. Panealb. *de Ital. Regib.* vid. *Inscript. Emmanuel. Thesaur.*
n *Ornament. Regiar. Ædi:* pag. mibi 179. Osculum (9) tamen 9
jusmodi pro complemento duntaxat Sponsaliorum haben-
lum est; Solo osculo promissio matrimonii non probabitur,
iisi aliunde contractu Sponsaliorum eoque nomine datum
esse osculum expressè constet. Sponsalia quippe absque in-
terventu Osculi subsistunt, cùm hoc sit ceremonia quædam;
iota & signum, ad quæ, si aliunde de maritali affectione con-
tat, non recurrinius, Henning. Arnisæus *tract. de Jur. Connub.*
cap. 3. Datum osculum (10) Sponsalitium, num sponsalia 10
ub conditione contracta purificet, ut sponsus non obstante
oppositâ conditione propter istud osculum ad consummatio-
nem matrimonii cogi queat? quæsitum est. Quoniam Spon-
alia sub conditione contracta per subsequentem copulam
purificantur *cap. 6. X. de condit. appos.* Osculum autem istud
opulæ æquiparetur, ita Curiam Neapolitanam judicasse me-
ninit Joh. Aloys. Riccius *p. i. decis. 195.* D. Romanus *d. dis-*
sertat. De (11) effectu osculi Sponsæ à Sponso dati vid. 11
. 6. *C. de donatione ante nuptias.* superpondii instar note-
tur: Sponsam (12) advenientes hospites antiquo ritu castè 12
salutasse, teste D. Horstio *in dissertat. natur. amor. anno 1611.*
Giessæ habit. quam allegat Herrenschmied. *d. l. cap. 32.* Oscu-
lum (13) *CONJUGUM* non minus sanctum est. Idque natu- 13
rale insimul videtur; Masculus enim è columbis non prius

in fæminam ascendit, quām osculum ipsi dederit, nec recipit
fæmina mariū commercium, si vacuum sit osculo. Petr.
14 Gregor. Theodos. pag. 154. & Gallienus Imperator (14) cum fra-
trum suorum filios jungeret in epithalamio suo, ad oscula co-
lumbarum allusit:

Ille, ait, ô pueri pariter sudate medullis
Omnibus intervos, non murmura vestra columba,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.

De osculi maritalis origine legatur Plutarch. tract. in Rom. in
princ. p. 35. & lib. de virtut. mulier. p. 420. uti in quest. Rom. q. 6.
15 p. 455. Cato tamen (15) Censorius edicto prohibuit, ne Mari-
tus deoscularetur Conjugem in præsentia filiæ, & Manlium
Senatu ejecit, quod uxorem coram filiâ nubili exosculatus es-
set, Plutarch. in Catonis vita, item in Anton. pag. 161. Menoch.
2. arbitr. judic. quest. 3. F. Lindenbrog ad Ammiani Marcel-
lin. rer. gestar. lib. 28. pag. mibi 183. MARCIUS ille CATO
16 (16) Vir Stoica disciplina nunquam se, nisi tonante Jove, à Mar-
tia uxore complexum dicere solebat, D. Josuas Stegmann/
17 Christognos. Meletem. V. Mulieres (17) viros peregrè adveni-
entes suaviabantur Plaut. in Amphitr. Aet. 2. scnt. 3.

Ecastor equidem te certò heri advenientem illicò
Et salutavi, &, valuisse ne usque, exquisivì simul,
Mi vir: & manum prehendi, & Osculum detuli tibi.

18 Mulier, (18) quæ se ab alio, præter Maritum osculo comprimi
passa est, num dotem perdat, vid. Covarruv. d. Nupt. 2. c. 7.
Bocer. d. Adult. fol. 145. Cævall. quest. 709. Bald. in cap. tua s.
X. de procurator. Joh. à Ripâ in rubr. X. d. Judic. col. 3. D. Ro-
manus loc. cit. §. 32. Merenda lib. 6. Controvers. cap. 15. Bald.
Volum. 4. Consil. 207. Bajard. ad Jul. Clar. quest. 83. num. 31.
Petr. Gregor. Tholosan. lib. 8. Syntagm. Jur. Univers. cap. 8.
num. 26. Farinac. quest. 13. 136, vid. Cap. ultimum.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.
DE
DISCULO OBSERVANTIAE.
SUMMARIA.

Quale ita dicatur. 2. Talia oscula debentur Parentibus à Liberis. 3. Moses Sacerum Jetro nem. 4. Aaron Mosen osculatus est. 5. Sanctissimum fuit osculum, quod Magdalena Christi pedibus fixit. 6. Christus exprobat Simoni, quod osculo ab eo non sit exceptus. 7. Candidati apud Romanos manus populi solebant basiare. 8. Manus osculari Magnatum antiquus mos est. 9. Imperatores Romani manus exosculandas prætulerunt Nobilibus. 10. Imperatorum dextras victrices ob fortia facta milites deosculabantur. 11. Catoni de Provincia decedenti mulieres manum sunt osculate. 12. Imperatorem in expeditiōnem proficiscentium in æde Jovis pedes, Senatores in templo Jani manum adversam Consules osculati sunt. 13. Hodie osculatio manuum apud Magnates in usu est, exemplo sit Princeps Hassiae Otto. 14. Osculum Pedum ex fastu Orientalium Regum venit. 15. Vitellius primus Casarem odorari ut Deum instituit. 16. Maximinus manum porrigebat, ut genu sibi oscularetur patiebatur, nonnunquam etiam pedes. 17. Diocletianus edicto sancivit, ut omnes absque discrimine prostrati pedes sibi exoscularentur. 18. Seneca ritum hunc deprebendit. 19. Postquam Sylla 3000. civium dextram ipsi manum osculantum trucidavit, nullius deinceps Imperatoris manus Romani osculati sunt. 20. quis de more osculandi Imperator & Magnat. videndus fit. 21. Pontifices Maximi Pedem osculo coli efflagitant. 22. Papa distinguitur in quatuor differentias, os, manum, genu & pedes. 23. Gregorius VII. Pontifex precepto sanxit: Solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur. 24. Reges in literis ad Pontificem missis deosculationem pedum sponte detulerunt, referuntur exempla. 25. Qualem honorem Carolus V. Imperator Pontifici Paulo III. exhibet.

exhibuerit. 26. *Carolus II X. & Franciscus I. Gallie Reges Pontificum pedes deosculati sunt.* 27. *Humilitatem dicunt huic osculationi inesse.* 28. *Sententia Chrysostomi allegatur.* 29. *Quid Angelus Ictus de se scripserit refertur.* 30. *Patriarcha Constantinopolitanus Pontifici Romano constanter denegavit osculum.* 31. *Orthodoxi quoque osculum Pedum P. denegant.* 32. *Papa Deus vult haber i in terris.* 33. *Num Pontifici ut magno Principi Italie talis cultus possit deferri?* 34. *Duces Bulliones & Wirtenbergenses non potuerunt adduci, ut simile quid peragerent.* 35. *Christus lavit pedes Apostolorum, sed non permisit, ut illi pedes suos oscularentur.* 36. *Petrus Apostolus divinum honorem à Cornelio Praefecto noluit.* 37. *Tempore Caroli M. neminem unquam Papam pedum oscula exegisse, nec admisisse narratur.* 38. *Tartari suum Idolum ad imitationem osculationis papalis venerantur.* 39. *Ridicula historia refertur.* 40. *Quid sit osculum Gladii.* 41. *Imperator Germanorum Vasallos Gladio investit.* 42. *Sic in investitura Archi Episcopi Trevirensis anno 1582.* 43. *Maximiliani Bavariae Ducis & Eboracensis.* 44. *Elector. & Duc. Saxon. An. 1621, factum est.* 45. *conum tamen istum Elector Moguntinus An. 1654. non fuit oscularius.* 46. *Modus investendi apud Neapolitanos Reges describitur.* 47. *Apud Asiaticos in signum subjectionis Terram osculati sunt.* 48. *Olim etiam terram tanquam communem matrem sunt complexi.* 49. *Exemplo est L. Junius Brutus.*

- 1** (1) **Q**VOD inferiores superioribus submissè deferunt. Idq;
tam apud Fideles Veteris & Novi Testamenti, quām
- 2** **G**entiles usitatum fuit. Hæcce oscula (2) debentur Parentibus à Liberis. Sic ISAAC Pater à filio Esavo poscit osculum, dicens : accede ad me, & da mihi osculum, fili mi; Accessit & osculatus est eum, Genes. 27. v. 27. ubi Osiander in factum esse asserit anno mundi 2186. MOSES (3) Socerum Jetrorem reverenter osculatus est, Exod. 18. v. 17. vel alii observantiam
- 4** suam exhibituri oscula dederunt. AARON (4) Mosen osculatus est, Exod. 4. vers. 27. Sanctissimum fuit osculum,
- 5** quod LUCA 7. vers. 38. MAGDALENA (5) Christi

pe-

pedibus, spontaneo motu, non cultus solennioris ergo fixit. Gregorius annotante Lyra ad b. l. inquit : Osculata fuit, ut tota serviret Deo in pœnitentia, quia Creatorem contemserat in culpa. Et Chrysologus Serm. 39. Misera illa tota simplex ad Salvatoris pedes devoluta, humilitatem suam & pœnitentiam largo lacrymarum imbre, ex intimi pectoris scrinio profuso significabat, ut Christus ipse ad misericordiam commovere-
retur. Christus (6) frigidam charitatem *Simoni* hospiti, quod 6 osculo non fuisset ab eo exceptus, exprobrat. *Dillherr disp. Academ. tom. I. disp. 17. thes. 2.* Petentes (7) Magistratum apud Ro-
manos, CANDIDATI, à candidâ togâ, quâ induti incedebant,
dicti, voluntatem populi solebant conciliare, ambire, prensa-
re & rogare Joh. Rosinus de *Antiquit. Romanor. edit. Thom. Dempsteri lib. 7. cap. 8.* Justus Lipsius d. l. manum etiam basiare,
Amian. lib. 2. dist. 3. cap. 2. Quod MANUS Osculamur (8) Ma- 8
gnatum aut eorum, quos colimus, antiquus etiam mos est, A-
pulejus exemplum habet p. 180. Valerius Flaccius lib. 8.

Sic ait, & primis supplex dedit oscula palmis.

IMPERATORES Romani (9) Manus exosculandas No- 9
bilibus prætulerunt, post suis manibus sublevarunt ad oris
osculum, vulgus genua exosculabatur, teste Pomponio Læto,
Rittershus. d. l. sect. 7. Imperatorum dextras (10) victrices ob 10
fortia facta, milites deosculabantur apud Romanos Alex. ab
Alex. lib. 2. genial. dier. cap. 19. CATONI (11) de Provin- 11
cia decedenti mulieres manum sunt osculatæ, quod genus
honoris Imperatoribus modò, & quidem per paucis id tem-
poris tribuebatur Plutarch. in *Catone*. IMPERATORUM
(12) in expeditionem proficiscientium humeris in æde Vestalium 12
injectum fuisse paludamentum; eorundem in æde Jovis pe-
dem *Senatores*, & in templo Jani manum aversam *Consules*
osculatos esse memorat Illustris Anton. de Guevara *Episcop.*
Accitan. Carol. V. Imper. *Consiliarius in Horolog. Princip. lib. I.*
cap. 88. Hodieque (13) in salutatione Magnatum osculatio ma- 13

nium usitata est ; de quo more Balthasar Thomas *Ventil. Ph. losoph. pag. 9.* ita scribit : Familiam dicit hæc consuetudo osculandi manus Virorum Principum & illustri loco positorum ex Ethnicorum impia & ridicula religione , qui non nisi ad conspectum sacri alicujus , aut in quo divinitatis inesse credabant manum ad os referebant ; Deos enim quos his signis honorabant , tenui murmure precabantur , ut sibi faverent . Hoc præter Ethnicos Scriptores Hiobi etiam testatur oratio , quâ impietatem illam à se removet . Saniores autem , cùm in Principibus etiam non obscura divinitatis indicia animadverterent , iis honorem hunc habere cæperunt ; Et certè cùm Deus Magistratus eo loco habeat , ut suo quoque nomine & titulo illos dignetur , rectè videbimus observantiam & subjectionem nostram his indiciis testari . Quare & hic honor olim Principibus adeò fuit proprius , ut si quis alicui cum offerret , hunc illustri loco natum eo ipso testaretur . Ejus rei illustre suppeditat exemplum Illustrissimus Hassiæ Princeps OTTO , qui cùm ignotus versaretur in aulâ Clivensi , hoc ipso honore à Nobili quodam Hasso illi delato agnitus dicitur . Hoc igitur honore solos Principes & in Magistratu constitutos salutandos asserimus ; qui contra fecerit , & omnibus indistincte obtulerit , eum à civitate longius , quam adulatoriâ levitate putamus . Hæc ille add . Manutium lib . 10 .

I4 var. lection. cap. I. *Osculum PEDUM (14) ex fastu Orientalium Regum Barbarâque superbiâ venit , nam jam dum Persis rerum potentibus non fuisse ignotum docemur à Xenophonte Pædia VII. Auson. v. 168.*

Consensusque sui manifestans vota Senatus

Creverat , orabat Dominos & poplite flexo

Plurima divinis supplex dabat oscula plantis .

Emacrandum : Creber adorabat Dominus Caspar Barthius
Adversar. lib. 34. cap. 21. atque ad hunc morem alludit Martialis lib . 10 . epigr . 62 .

Et

Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate Regum.

Postea Vitellius (15) miri in adulando ingenii primus C. CÆ- 15
SAREM adorari ut Deum instituit ; Cùm reversus ex Sy-
riâ non aliter audire ausus esset, quâm capite velato, circum-
vertensque se, deinde procumbens. Claudio uxoribus
Libertisque addictum, ne quâ non arte demeretur, pro ma-
ximo munere à Messalinâ petiit, ut sibi pedes præberet ex-
calceandos : detractumque socculum dextrum inter tegam
tunicasque gestavit assiduè, nonnunquam osculabundus Sue-
ton. *in vitâ Vitelli.* MAXIMINUS (16) Junior superbis- 16
simus erat, manum porrigebat, & ut genu sibi oscularetur
patiebatur nonnunquam etiam pedes Julius Capitolinus pag.
268.

DIOCLETIANUS (17) edicto sancivit ut omnes 17
absque discrimine prostrati pedes sibi exoscularentur. Rit-
tershus. *de Oscul. Sect. 7.* Seneca (18) hunc ritum deprehendit 18
lib. 2. de benefic. cap. 12. Ab eo verò tempore, quo immanis-
simus SYLLA (19) tria civium millia dexteram ipsi manum 19
osculantium trucidavit, nullius deinceps Imperatoris manus
Romani osculati sunt Guevara d. l. ubi Joh. Wanckelius *in no-*
tis ex Lucan. lib. 2.

Spes una salutis

Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.

De more (20) osculandi Impp. & Magnates vid. Gothofred. 20
ad l. 16. C. de donat. ant. nupt. Salmas. *in not. ad Vopisc. pag. 440.*

Hodie PONTIFICES MAXIMI (21) Pedum osculo coli effla- 21
gitant, ita Ceremoniale Romanum *lib. 3. Sect. 1.* Nemini o-
mnium mortalium Papa reverentiam facit assurgendo mani-
festè aut caput inclinando seu detegendo : Tantum *Romano*
Imperatori postquam illum sedens ad osculum Pedis & ma-
nus suscepit, aliquantulum assurgit, atque oscula mutuo cha-
ritatis amplexu illum benignè recipit. *lib. 1. Sect. 5.* Imperator
coronationem petens à Pontifice, illius pedes publicè oscu-
latur :

Iatur: Et primum Pontificem videt, detecto capite illum, genu terram tangens, veneratur: Et iterum cum appropinquat ad gradus sedis, genua flectit, demum ad Pontificis pedes pervenerit, illos in reverentiam Salvatoris nostri Jesu Christi, cuius vices gerit in terris, ejus pedes osculatur. *Christophorus Marcellus libr. rituum Ecclesiasticorum Roman. Eccles. lib. 3.*

22 *Sect. 4. Fol. 136. edit. Venet. scripsit.* Papam (22) distinguere in quatuor differentias, os, manum, genu & pedes. Os, inquit, Solus Imperator dignus est osculari; manum Cardinales; genu Episcopi; pedes osculantur gregarii & vulgares. Differentia

23 tamen haud attentâ *Gregorius VIII.* (23) Pontifex præcepto X. sanxit: Solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur,

24 vid. tract. Cardinal. Benn. *de Gregorio.* Reges (24) in literis ad Pontificem missis deosculationem pedum sponte detulerunt Thom. Lansius *in Orat. pro Ital.* & *in orat. contr. Ital.*

Circa annum 1219. Reginaldus Austriæ Rex: *Beatissimo Patri ac Domino Honorio, Dei Gratia Summo Pontifici Reginaldus Rex commendationem cum Osculo Pedum.* Literarum Imperatoris ad Pontificem Romanum subscriptionem esse hujusmodi:

Ego manus ac pedes vestræ Sanctitatis deosculor, scribit Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Honorem ejusmodi à

25 CAROLO V. Imperatore ex (25) Africâ reduce Pontifici Paulo III. exhibitum Poeta sic excipit:

E Lybiâ advenit Romanus victor ad oras

Cæsar, & in niveis aureus ivit equis.

Ille triumphavit, sed Tu plus, paule, triumphas

Victor, namque Tu is oscula dat pedibus.

Platina *in vit. Pauli III. CAROLUM IIX. Franciæ Regem* (26) *Alexandri VI. Pontificis & FRANCISCUM I.*

Galliae Regem in Nuptiis Henrici filii cum Catharina Medicæa *Clementis VII.* Papæ pedes deosculatos fuisse, constat ex Paulo Jovio *Histor. lib. 47.* Sanctitatem atque humilitatem (27) huic osculationi inesse, commendant Pontificij;

Ita

141

Ita Benedictus Balduinus Ambianus: Ex addito, *ait*, sandaliis aureæ crucis ornamento humilitas Papæ atque demissio commendari maximè debet. Cùm enim illi primùm agnoscerent, universos passim Christianos Pietatis & honoris ergò ad suorum pedum oscula proruere, ut à se honorem illum, ad Christi Domini gloriam transferrent, crucem, quæ perspicua est, illius gloriae monumentum, calceis suis attexi curaverunt. Sic enim factum, ut Christiani homines cum honorum, quem Pontifici per pedum ejus oscula lumbentes ibant delatum, cruce ipsius in calceis perspectâ, in Christum præsertim referrent, atque ideo ipsum ore contingere, labiisque impressis suaviari viderentur. Et ne defensioni cultus hujus quid desit, Chrysostomus (28) *Homil.* 28
59. *ad populum Antiochenum pag.* 244. Accede, inquit, sanctos tange pedes, multò namque honestius est, hos pedes tangere, quam aliorum caput: Dic enim mihi, si quidam statuarum pedes apprehendunt, quoniam Regiam tantum habent figuram, Tu ipsum in se habentem Christum non pedibus tenebis & salvus eris? Sancti sunt pedes, licet viles sint: Inquinatorum verò neque caput venerandum est: Sanctorum namque pedes magna potuerunt, quamobrem & ulciscuntur, cum pedibus pulverem excusserint. De adoratione pedum Papalium vid. commentarios Christ. Marcell. lib. 1. *Sacrar. Ceremoniar. Sect. 5. c. 3.* Singulariter notandum, quod (29) Angelus Jctus in l. cum salutatus C. de sent. 29
pass. de se ipso scribit: Quamvis Papa ab omnibus circumstantibus osculari se velit in pede, quod ipse tamen à summo Pontifice semper non ad pedum, sed pacis aut manum osculationem admissus fuerit. Add. Majolus tom. 2. colloqu. 6. p. 484. Josephus Stephanus tract. de adoratione pedum Romani Pontificis. Verum (30) PATRIARCHA 30
CONSTANTINOPOLITANUS nullâ re deterrei à proposito potuit, quin Pontifici Romano denegarit osculi

cultum : Ita enim Episcopos est allocutus. Dicite, inquit, unde Papa sibi hoc arrogat ? Quæ Synodus antiquorum Patrum ? Quis canon hunc morem ei inclusit ? Monstrate mihi, ubi reperitur illa concessio ? In quo Codice scriptum permanet memorare ? Et si successorem Petri Papam se venditet, quidni & nos à reliquis Apostolis descendisse asseveremus ? Quis hoc unquam audivit ? Novatianam hanc esse consuetudinem Patriarcha clamavit, quâ me imbui, ajens, nunquam Patiar, nec adduci ad ejusdem praxin amplectendum. Quod si cupiat Papa, ut sicut fratres, fraterno more in mutuos complexus ruamus, quemadmodum apud Nos & Ecclesiam Christianam ab æterno invaluit consuetudo, libentissimè ad eam accedam. Sin ultrà postulare pedum oscula perseveret, revertar unde venerim. Vid. Historia Unionis non veræ inter Gracos & Latinos, seu Concilii Florentini, narratio, per Sylvesterum Sguropulum Magnum Ecclesiarcham scripta, latinitate donata per Robert. Creychtonem. (31) ORTHODOXI Oscula Pedum tanquam honorem Ecclesiasticum sibique maximè proprium Pontifici denegant. Namque Deus (32) vult in terris habere Pontifices Romanus, sic Sixto IV. Pontifici à populo Romano in arcu triumphali recto inscriptio legitur :

Oraculo vocis mundi moderatis habenas,
Et meritò in terris crederis esse Deus !

De quo themate, num dogma Papistarum sit, Pontificem esse Deum, dissertationem Antigrotianam scripsit D. Joh. Frider. Mayer. Lipsiae in anno 1672. lectu dignissimam. Divinum autem cultum creaturæ exhibere in sacris non inventur permisum nec præceptum. Num autem (33) Pontifici tanquam personæ potestate politicâ insignitæ, vel Magno Principi Italiae, talis cultus deferi possit ? Negat splendidissimus Theologus Argentoratensis D. Joh. Conrad. Danhauerus Theolog. Conscientiar. tom. I. part. Special. 2. Dialog. 3. sect. 2.

lect. 2. quest. 9. exemplo Mardochai ejusmodi honorem A-
mano denegantis. *Duces* (34) BULLIONES & WIR- 34
TENBERGENSES, cùm Romæ Carolus V. Reliquique
penè multi Principes Pontifici pedes oscularentur, non po-
tuere adduci, ut simile quid peragerent; ast Magnanimi Ec-
clesiæ Romanæ ritus & sacra deseruerunt Bodin. *de Republ.*

lib. 1. cap. 9. Quoniam *Christus* (35) lavit pedes Apostolo- 35
rum, sed *non permisit* ut illi pedes suos oscularentur; Ipse
Petrus *Apostolus*, (36) cuius successores se appellant Ponti- 36
fices, cùm divinum honorem sibi deferri videret à *Cornelio*
Præfecto, se in terram coram ipso ad pedes projicienda nole-
bat, dicens: *Surge & ego Ipse homo sum*, *Actor. 10. vers. 25.* Ex
Sebast. de Rotenbach Wolffius *tom. 2. lect. memorabil. cent.*
16. pag. 112. narrat, (37) tempore Caroli Magni neminem 37
unquam Papam pedum oscula exegisse, nec admisisse. Ad
imitationem osculationis papalis (38) TARTARI suum 38
Idolum venerantur, sic enim Dominus Erasmus Francisci
*part. 3. der Ost- und West- Indischen/ wie auch Sine-
sischen Lust- und Statsgartens pag. 1664.* scribit:
Am Ende der Hauptstadt Barantolo hat der grosse
LAMA sein Residenz-Schloß Bietala genannt:
Allda sitzt dieser Delgöß in dem innersten Stock-
werck seines Pallasts / aller müßig / in feister und
fauler Ruhe; läst sich wie ein Gott anbethen / nicht
allein von den Einwohnern des Reichs Lassa;
sondern auch von allen andern Unterthanen der
Tartarischen Könige; gestalsam sie freywillige
Wallfahrten dahin anstellen / und Ihm / als einem
wahren und lebendigen Gott (weswegen sie Ihn
auch einen ewigen himmlischen Vater nennen) grosse
Geschenke/ nebenst demütigem Gebeth/ aufopfern:

In

In dem er in einem dunkeln Gemach / welches aber mit Gold und Silber geschmückt / dazu von vielen brennenden Lampen erleuchtet wird / an einer erhöhten Stelle auf einem Kissen sitzt / dem ekliche kostbarliche Teppichten unter geleget. Daselbst werfen sich die Fremdlinge vor ihm nieder / und küssen Ihm in tieffster Demuth die Füsse / nicht anders als dem allerhöchsten Bischoff. Welcher Fußkuss (wie Kircherus vermeint und schreibt /) allein dem einigen Stadthalter Christi / nemlich dem Römischen Papst gebühret ; der Teuffel aber / zum abergläubischen Götzendienst der barbarischen Völker / gleichwie alle andere Geheimnissen Christlicher Religion missbräuchlich versetzet. Denn spricht Er / wie die Christen den Römischen Papst einen Vater aller Väter ; also tituliren die Tartaren diesen ihren grossen Lamam , den höchsten Priester / und LAMAM LAMARUM , das ist / Priester aller Priester ; weilen von Ihm / als wie aus einem Brunnen / alle Sitten und Ceremonien der Religion herfliessen.

39 Non (39) omittenda est circa osculum pedum Pontificis ridicula narratio , quam ex Piccarto *observat. hist. polit. narrat. ridicul. 4. p. 330.* refert Limnaeus *lib. 4. Jur. Public. cap. 7.* ROLLONEUS Normannorum Dux , quando à Carolo Simplece Gallorum Rege , Gillin uxorem & Neustriam provinciam accipiebat , monitus ab adstantibus , ut pro more gentis Gallicæ , qui hujusmodi solennitatibus servatur , Regis pedem , oscularetur , admovit . Quo factum est , ut Rex ex tantâ pedis osculatione retrorsum ceciderit in sedille . *Osculum*

(40)

(40) *GLADI* est signum, quod quis Jurisdictionem Superioris reverenter agnoscere velit, justitiamque sancte sit administraturus, Carpzov. *ad L. Reg. c. 10. sect. 9. num. 25.* cuius ritus à Militibus Martis gladio cinctis suos sumere natales conjecturamur. Olim enim feudum nemo accipere poterat, nisi esset militia capax, Reusner. *disput. 3. thes. 92.* secus ac hodie, ubi etiam fæminæ feudum accipiunt i. *feudor. 8. Germanorum IMPERATOR* (41) Vasallos tamen Seculares quam Ecclesiasticos Gladio investit. Vultej. *de feud. l. 1. cap. n. 29.* D. Tabor. *doctr. feudal. Ignograph. part. num. 33.* Qui ensis evaginatus investituris, Princeps sit, vel Comes, vel Baro, ejusve Legato porrigitur, ut capulum ejus apprehendens extremum conum, den Knopff osculetur. In investitura Archiepiscopi TREVIRENSIS (42) in Comitiis Augustanis anno 1582. ita observatum esse, testatur Petr. Fleischman. *in descript. Comit. August.* (43) MAXIMILIANUS Bavariæ Dux & Elector cum investiretur (absque vexillis) gladii Imperialis eidem à Cæsare porrecti capulum osculatus est. Lundorp. *Act. publ. lib. 6. c. 159. pag. 1065.* Eadem solennitate (44) Electoralium & Ducalium SAXONICORUM Feudorum investitura Viennæ d. 13 August. anno 1621. peracta ex relatione, quam D. Carpzov. *ad L. Regem cap. 10. sect. 9.* habet, pluribus legitur ibi : Nach diesem hat der Obrist Hoff-Marschall/ Herr von Herberstein / das blosse Schwert/welches Er bey der Belehnung zu Ihrer Kaiserl. Majest. Rechten gehalten / derselben zugesetzt/ die mit Ihrer rechten Hand einem ieden Ge sandten den Knopff denselben mit dem Munde / (weiln es bishero also iederzeit observiret worden) zu berühren und zu küssen dargereicht. Conum (45) tamen istum Electorem MOGUNTINUM anno 1654. 45

T

capulo

capulo quidem aliquantisper in manu retento non fuisse de-
osculatum ex relatione sibi facta meminit Limnaeus *de Jur.*
46 *Publ. tom. 5. pag. 247.* Investiendi (46) modum NEAPOLI-
TANIS Regibus usitatum descripsit Pontanus *lib. 2. de*
reb. gest. reg. Ferdin. Alphonsi. ubi osculum POLLICUM usita-
tum est: Sedet Rex medius, regia sella, editione loco consti-
tuta. Assident juxta eum ordinis optimates, ac proceres,
stant inde purpuratorum frequentes ordines, loco quisque
suo. Regis ad pedes genibus innitens à dextra procumbet
parte Epistolarum Magister, qui nunc Secretarius dicitur, si-
nistra Antistes, Evangeliorum libros regio in sinu stratos te-
nens. Horum medius genibus & ille procumbit innitus, qui
in verba jurat, utrâque manu libris apertis imposita: Magi-
ster Epistolarum verba præit, quæ juraturus in verba sequitur.
Igitur postquam Ursos regios ad pedes provolutus, palmam
in codice utramque expansam statuit, tum Magister præire
verba cepit, Ursusque ea est secutus. Ursus ego ursinus No-
læ & Atripali Comes, Asculi, Lauri & Furini Dominus &c.
Peracto juramento manus è libris sustulit. Tum Rex Ursi
manus utriusque digitis pollicibus apprehensis, suosque intra
pollices iis insertis, devinxit illos suis, statuitque super Evan-
gelia. Hic rursus Ursus Magistro præeunte verba: Ego me,
inquit, cum liberis successoribusque meis Ferdinandi Regis
mei, Domini mei, liberorum ac successorum ejus ligium ho-
minem statuo, dedicoque, eumque me hic sisto. His ter-
47 dictis, regios osculatus est pollices. Apud (47) ASIATICOS
in signum subjectionis terram osculatur. Sic Johan. de Man-
deville, in *Itinerario cap. 7.* Oportet, inquit, quod ubique
que primùm nuntius Soldanum aspiciat, sive ad fenestras vel
alibi, cadat ad genua & terram protinus osculetur. Quemad-
48 modum olim terram, (48) tanquam communem matrem
seculo complexi sunt, Ovid. 3. *Metamorph. vers. 24.*

Cad.

Cadmus agit grates, peregrinæque oscula terræ

Egit; & ignotos montes agrosque salutat.

Add. Valer. Maxim. lib. 7. c. 3. exempl. 2. L. Junius Brutus (49) 49
terram, (ob quas causas vid. Valer. Maximus lib. 7. dict. factor.
memorab. c. 3. exempl. Rom. 2.) osculatus est.

CAPUT QVINTUM DE OSCULO CLEMENTIÆ. SUMMARIA.

1. Quidnam ita dicatur. 2. Divine clementie signum est, quod Christus Infantulos osculatus fuerat. 3. Joseph osculatus est fratres suos. 4. David Barsillaem. 5. Raguel Tobiam 6. Reges Israel literatos osculo soliti honorare. 7. Salvius Otto osculo dimisit amicos suos. 8. S. Sulpicius Galba Icelum ar- Etissimis osculis excepit. 9. Trajanus Senatum excepit & dimisit osculo. 10. Friedericus Legatos Pontificis osculatus est. 11. Sixtus Pontifex osculatus est Ernestum I. Elector. so xonia. 12. In Imperatorum Germanorum inaugurationibus Archi-Episcopus osculatur Electum. 13. Nonnulli Germanie Principes in actu Investiture osculantur Vassallos, exemplo Reverendissimi Principis Augusti Archi-Episc. Magdeb. Administr. Postul. 14. In investituris Ecclesiasticorum feudorum oscula solent adhiberi. 15. In Gallia Rex investiendos osculo excipit. 16. Parci solent esse Principes in infigendis osculis. 17. Numidiæ Reges nulli mortalium oscula ferebant. 18. Tiberius oscula edicto prohibuit. 19. In Academiis circa promotiones Doctorales clauditur osculo, ritusque ex Kiszelio refertur. 20. Lectu dignum est, quod habet Durrius. ^{Da-} tio ista osculi non est de substantia actus. 22. Quid sit ad- oratio sacræ purpuræ. 23. Non solebant ipsam vestem sed ma- num dextram, quā istam attigerant, osculari.

T 2

(i) Quod

- 1 (1) Quod Superiores vel nomine ipsorum alii Inferioribus
 2 infigunt Osculum , dicimus Clementia. Clementia
 effusa facit amori Principem Didac. Saavedra *symbol. polit.* 22.
 2 (2) Divinæ clementiæ signum est, quod CHRISTUS Serva-
 3 tor infantulos fuerat osculatus *Marc. 10. vers. 13.* (3) JOSEPH,
 4 Ægypti magnus Præfectus , fratri sui Benjamin collum cir-
 5 cumdedit , lacrymavitque uterque , omnesque fratres oscula-
 6 tus est *Genes. 45.* (4) DAVID Rex *Bar sillaem* Gileaditem
 7 virum insignem osculatus est , eumque , cum manere recu-
 fasset, dimisit *2. Samuel. 19. v. 39.* uti & *jonathan 1. Sam. 20. v. 41.*
 8 (5) RAGUEL *Tobiam* hospitem excepit eumque osculatus
 9 est, *Tob. 7. v. 6.* (6) REGES ISRAEL literatos osculo so-
 liti sunt honorare. Cum enim Coram Rege intrabant Sy-
 nedriales aut sapientes Israel , assurgebat ipsis , collectans eos
 juxta latus suum , sicut fecit *Aſa* Rex Judæ , etiam discipulis
 adhuc , assurgendo de throno suo & illos osculando , ap̄pel-
 landoque , mi Magister , mi Domine , Schickard *de jur. Ebræor.*
 10 (7) SALVIVS OTTO amplexu ex osculo
 11 dimisit Amicos suos Sveton. *in Salv. cap. 10.* (8) SEVERUS
 12 Sulpitius *Galba* in Hispania Icelum è veteribus concu-
 binis de Neronis exitu nuntiantem , non modò arētissimis
 osculis excepit , sed etiam amicè habuit , Sveton. *in Serv.*
 13 *Sulpit. Galb.* (9) TRAJANUS Senatum osculo excipie-
 14 bat & dimittebatur osculo. Plinius *in paneg.* (10) FRIDE-
 15 RICUS *Ænobarbus* Legatos Adriani Pontificis osculo exce-
 16 pit , Günther. *lib. 7.*

Protinus optatæ præsentibus oscula pacis
 Dulciori suspendens , Papæ Cleroque salutem
 innuit , & lætos à se dimittit in urbem.

- II Herrenschmid. *dissert. de Oſcul. cap. 45.* (II) Principes cle-
 mentiam Pontificum ex osculo æstimabant ; sic de Electore
 Saxoniæ ERNESTO I. Cyriacus Spangenberg *in Chronic.*

Mans-

Mansfeldensi cap. 342. pag. mibi 399. lat. 1. ad annum. 1486.
rythmos habet:

Der dritte K̄eys̄er Friederich
Belehn̄te mich in Destereich /
Das Land mit Untreu ward geplagt /
Den Herren von Plauen ich verjagt /
Bracht Sagen Biberstein an mich /
Maximilian halff krönen ich /
Sixtus der Bierdte den Kuß mir gab
Die Ros' unds Creuz zum heiligen Grab.

In IMPERATORUM GERMANORUM inaugurations, qui actus sancti sunt, Archiepiscopus negotium consecrationis & Curationis perficiens, Electum osculatur. Schleidan. *de stat. Relig. lib. 19.* Apud (13) nonnullos Germaniæ Principes in usu est, Vasallos in actu Investituræ osculari, sic Reverentissimum ac Serenissimum Principem Dominum AGUSTUM Archiepiscopatū Magdeburgen sis Administratorem Postulatum, Primatem Germaniæ &c. Illustrissimum Dominum JOHANNEM GEORGIUM Comitem in Mansfeld, paucos ante annos Juxta morem curiæ hujus feudalis vasalli pedem sinistrum ejus dextro tangentem dextraque collum manu complectentem osculo investivisse, ex celeberrimo JCto Dn. EBERHARDO FABRICIO, Cancellario Mansfeldensi spectatissimo percepimus. (14) In investituris Ecclesiasticorum Feudorum oscula solent adhiberi, Piccart. *decad. 6. abservat. Polit. ridic. narrat. in fin. Arniseus de subject. & exempt. Cleric. c. 7. num. 21. pag. 240.* citante D. Dietherro *ad Besold. Thesaur. Practic. voc. Kuß.* (15) IN GALLIA Rex illos, quos investit, osculo excipere, manusque jurantis complicitas suis inserere

solet, Sprenger. *in Christ. Orb. perspicil. tit. 15. pag. 749.* Petr.
 Gregor. Tholosan. *Syntagma. Jur. Univers. lib. 6. cap. 15. num. 7.*
 16 Parci tamen (16) solent esse Principes in infigendis oscu-
 lis, nisi forsitan ex recepta observantia & more majorum
 id faciant; idque ex arcano quodam Status ad fugiendam
 17 familiaritatem, exemplo (17) *Numidiae Regum*, qui more
 gentis suæ, nulli mortalium osculum ferebant, Valer. Ma-
 18 xim. lib. 2. cap. 6. & *Tiberii* (18) qui minime comis Impe-
 rator ut *Plinius* vocat, cum oscula cottidiana graveretur, ne
 superbiæ hoc ipsi tribueretur, si solus consuetudinem asper-
 naretur, edictio ea prohibuit, Dn. Christ. Adam Ruperti in
 Universitat. Altorphin. quondam Professor Historiarum *in*
Observat. ad Valerian. lib. 2. c. 6. dissert. 1. §. 9. In A C A-
 19 DEMIIS (19) circa promotiones Doctorales, quæ ex con-
 ceßione Imperatoriæ fiunt, inter alias solennitates quæ ad-
 hibentur, clauditur Osculo. vid. Discurs. Academ. *de Regali*
Habend. Judeor. quatenus in Imper. Roman. inter Christian.
toler. Poss. habit. in solenni promot. actu quatuor. Doctorum ju-
ris à Dn. Joh. Kiszelio U. J. D. & Prof. Publ. Giessæ Hassor. anno
 1617. ubi in fine ita: Postremo, Clarissimi Dnn. Doctores, vos
 etiam veræ amicitiæ symbolo, osculo nimitum, amplector,
 eoque in fraternitatem & amicitiam nostri ordinis vos re-
 cipio, quæ, cum non in contemtione, sed in veritate consen-
 tientium consistat, ad concordiam, quâ parvæ res crescunt,
 sectandam, discordiam, quâ magnæ res dilabuntur, effugi-
 endam, vos adhortor, ut per omnem vitam vestram, tam
 pacem publicam, quam privatam, salvâ tamen justitia &
 veritate, tueamini, præstando superiori honorem & obse-
 quium, æquali consilium & auxilium, inferiori benevolentia
 & subsidium, sinceros & veros justitiæ antistites vos ubi-
 vis locorum exhibeatis, secundum Spec. *in §. fin. de advo-*
cat divers. judic. in consilio sitis cauti, in patrocinio fi-
 deles, in iudicio justi, cogitantes vos de talento vobis con-
 credito,

credito, supremo omnium judici tandem rationem redditum
 ros esse. Atque hoc amicitiae & charitatis symbolo, uti cha-
 ritas ipsa omnia claudere dicitur, hunc actum concludo. Tale
 osculum in solenni Doctorum renunciatione observari ubivis
 constat. Quoad Philosophiae tamen Magistros, cum æquè
 aueriant Doctores D. Balthas. Cellarius *in Politic.* cap. 14. §. 26.
 ritus osculandi in aliquibus Academiis cessat. Legi (20) me- 20
 rentur, quæ Excellentissimus Theologus ac Philosophus Dn.
 Johan. Conrad. Dürrius *in illustri Academia Altorsiná Profess.*
Publ. sub Decanatu Facultatis Philosophicæ in anno 1671. men-
 se Junio cum XII. Philosophie Candidatos renunciaret Magi-
 stros, unâ cum ingeniosa oratione de præpostera & impia Liber-
 tate Philosophandi, præsertim in Religionis negotio evulgavit:
 Osculo, ait, porrò excipiendi eratis, ô mei, etiam nobis à Cæ-
 sarea Majestate indulto. Enimverò periculum est, in isthoc
 cœtu matronali lateat virguncula, quæ ægrè ferat alteri flo-
 rem maxillarum juvenilum osculo maritari: Nam id genus
 hominum valdè est irritabile. Ego verò illud amoris & con-
 cordiae symbolum penitissimè animis vestris defixum esse ve-
 lim, cum præsertim amabili Musarum & Charitum numero,
 auspicio nomine confluxeritis. Non tamen (21) est datio 21
 ista osculi de substantia actus; quia mulieres etiam osculan-
 tur, ita loquitur Baldus, despontatur & benedicuntur, nec
 tamen doctorantur. post Rittershus. Dn. Kemp. *de Oscul. artic.*
 3. §. 13. (22) Ultimò circa osculum Clementiæ notetur, quid ado- 22
 ratio sacræ purpuræ *in l. 1. C. de apparit. præf. prætor. lib. 12. l.*
7. C. de militar. poss. lib. 12. Scilicet Purpuræ usus Romæ
 fuit, & quidem in trabea, Plin. *lib. 9. cap. 39.* Trabea autem
 erat togæ species ex purpura & coco, quæ operti Romanorum
 Reges initio procedebant. Isidor. *lib. 19. cap. 24.* Prin-
 cipem ergò accedentes, purpuream ejus vestem osculaban-
 tur, seu adorabant, *hoc est*, ori admovebant, Limn. *tom. I.*
Jur. publ. lib. 2. cap. 7. Panciroll, *rer. memorab. lib. 1. tit. quo-*
modo.

modo salutati fuerunt Imperatores; Ubi tamen Salmuth. pag.

23 433. (23) notat non fuisse exosculatos vestem ipsam, sed manum dextram, quâ istum attigerant. Neque enim cuivis patet aditus osculandi Principis purpuram, sed tantum primoribus, seu primæ gratiæ hominibus, ut admissio talis clementiæ signum sit habitum.

CAPUT SEXTUM DE OSCULO RELIGIOSO. SUMMARIA.

1. *Quale sit.* 2. *Antiquitas infantulos in mundum venientes osculo excipiebat.* 3. *Sententia Cypriani ad Fidum refertur.* 4. *Quid Pidus senserit.* 5. *Quoslibet infantes ab utero predeuntes ter osculari solebant veteres.* 6. *In Baptismate ipsis oscula dabant.* 7. *Absoluto Baptismate minister Baptizatos osculabatur.* 8. *Sacerdotes in Missâ quid osculentur.* 9. *Prolixii sunt in osculis.* 10. *Signum Crucis osculo venerantur.* 11. *Coronam Spineam Jesu Patientis Ludovicus Rex Galliæ osculatus est.* 12. *Tunicam Christi inconsutilem osculo venerantur Pontificii.* 13. *An quis citra superstitionem crucem ligneam &c. exosculari debeat?* 14. *Agonizantibus apud Pontificios crux materialis osculanda præbetur.* 15. *Quomodo Andreas Apostolus in agone Crucem salvaverit.* 16. *Cor osculabatur.* 17. *Reliquiæ Sanctorum osculo coluntur.* 18. *Lojole defuncti vestimenta mulier osculata & valetudinem recuperasse dicitur.* 19. *Vulnera & cicatrices Martyrum fideles sunt exosculati.* 20. *Constantinus Magnus labra cicatricibus sanctorum Martyrum admovit.* 21. *Factum est ut ex veris sive fictis reliquarum miraculis rudis plebs illas devotè tangere & osculari cœperit.* 22. *Iсидорus Clarius defunctus, quantam opinionem Sanctitatis post se reliquerit.* 23. *Sancti religiosè non sunt colendi.*
24. *Quid*

24. *Quid pulverem oscularis?* 25. *Simulacrum Herculis osculati sunt.* 26. *Megarenses in honorem Veris oscula distri- buere.* 27. *Aliquid religionis in osculis liminum & postium subesse putarunt.* 28. *In cultu divino oscula Diis libebantur.*

Illud (1) dicimus, quod ex Zelo Religionis datur. Pia Antiquitas (2) INFANTULOS in mundum venientes osculo sueverit excipere, quod manus Dei omnipotentissimas in divinissimo labore ibi deprehendant, sic Cyprianus (3) ad Fidum Presbyterum in Epistola Synodali lib. 3. epist. 8. scribit: Quod vestigium infantes in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cœlestem gloriam dandam, impedimento esse oportere. Scriptum est enim: Omnia sunt munda mundis. Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nec etsi adhuc infans à partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratiâ dandâ atque faciendâ horrere debeat, osculari quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro suâ religione ipsa adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modò formato & recens nato quodammodo exosculamur, quando id, quod Deus fecit, amplectimur. Contendebat (4) Fidus ille, parvulos recens natos ante octavum diem baptizari non posse, eò quod immundi sint, & idcirco eos osculari horreamus: contrarium autem Cyprianus probabat, & per gratiam dandam, pacemque cum eo faciendam non intelligebat gratiam Justificationis, quæ datur in baptismo virtute ipsius, sed signum amicitiae & reconciliationis, quod per osculum parvulo infixum adhibebatur, ait Plur. Reverend. Dn. Andr. Christoph. Schubartus Eccles. Hallens. Pastor & Gymnasii Inspector in *dissert. inaugural.* Jenæ anno 1674. habit. de Ritu Primitiva Ecclesiæ Baptismatis. thes. 47. add. Ambros. lib. 2. de pœnit. cap. 3. epist. 33. Bernhard.

u

hard.

hard. Sermon. 2. super cantic. Tertullian. de veland. virgin. c. 6.
 apologet. Quoslibet (5) infantes ab utero prodeunt est osculari solebant veteres Christiani, in honorem scilicet Sacrosanctæ & individuæ Trinitatis Paul. Egard. in Medull. Theolog. loc.
 6 de Deo. In Baptismate (6) infantibus oscula dedisse memora D. Rixner. c. l. cap. 7. n. 9. & absoluto (7) Baptismo statim minister Baptizatos osculabatur non tantum infantes, sed & adultos, quod osculum erat Gratiæ, Plur. Reverendus Dn. Matth. Zimmermann Superint. Misénensis in egregiâ dissert. Histor. Theol. ad illud Tertull. Fiunt non nascuntur Christian.
 8 §. 74. PONTIFICIORUM (8) SACERDOTES in Missâ deosculantur jam Altare, nunc Imagunculam materiæ vel metallo inclusam, M. Henric. de Hassia de Secreto; Pròlixique sunt (9) in osculis variaq; illis significata exprimit D. Josuas Stegmann. in Christognos. meletemant. V. Christ. Genethl. ibi: *Osculum*, quod Sacerdos exhibet altari, volunt significare unionem, quæ est aut unio verbi divini ad humanam naturam, aut est unio Christi Domini ad Ecclesiam, aut est unio Christi Domini ad animam fidelem! *Osculum* quod exhibet Sacerdos Ministris, significat Pacem, quæ est aut temporalis aut spirituialis, aut æterna. *Osculum*, quod exhibet Sacerdos patinæ, significat charitatem, quæ est aut in Deum, aut in Proximum. *Osculum*, quod exhibet Sacerdos libro, significat consensum sive concordiam, qui consensus respicit & Patres Veteris Legis & nos Evangelicos. *Osculum* in missâ tredecies exhibetur à Sacerdote. *Osculum* adhibetur Altari sexies, bis patinæ, bis libro, & bis ministrantibus, neque id sine mysterio, si credimus Hennequinæ de Ceremon. Missæ cap. 9. propter tenarii numeri rationem additâ unitate, ternarius enim numerus quatuor vicibus repetitus, denarium facit, cui adjuncta monade, fit numerus decimus tertius, qui numerus in Christo Dominio & Apostolis mysticus est. Cum juratur, (10) SIGNUM CRUCIS osculo venerantur, quemadmodum Ducem Hispanicum

nicum in An. 1565. fecisse ex Historia Antipodum seu Historia Americana part. 2. p.m. 336. constat ibi: Da Er (der Spanische Obriste) nun das là Caille Nede an und ausgehöret / habe Er nicht allein mit gewissen Worten/ Treu und Glauben/ (welchen Er mit vielen wiederholten Zeichen des H. Kreuzes / durch einen Kuß gewenhet/ bekräftiget/ verheissen xc. (sed quām male fidem servavit, ex relatione constat) CORONAM (ii) SPINE-
 AM Jesu Patientis à Græcis redemptam Lutetiamque apportatam Lùdovicus Rex Galliæ cum Episcopis magno cultu excepit atque eam osculatus est , Genebard. lib. 4. Chronolog. Tunicam Christi (12) inconsutilem (quam Treviri servari ostenditur, vid. 12 D. Joh. Georg. Dorscheus *in tract. de tunic. Christ. inconsutil. cum refut. fabul. de ejus asservat. apud Trevir.*) osculo venerantur Pontificii. An verò (13) quis citra superstitionem crucem 13 ligneam , auream , argenteam exosculari & venerari religiosè beat; vid. Herrenschmid. d.l. c. 35. Apud Pontificios (14) 14 AGONIZANTIBUS crux materialis osculanda præbetur, Bel- larmin. tom. 2. controv. 3. l. 2. c. 23. colum. 1326. ANDREAS (15) 15 autem Apostolus in agone Crucem salutavit eo modo , quo Moses cœlum & terram, sed non adoravit , neque oscula fixit, Herrenschmid. *ibid.* Ex piâ intentione antiqui (16) COR alterius 16 osculabantur : Sic Origenis pater , cum in filio animadvertisset divinius ingenium, dormientis pectus sæpè reverenter osculatus, legitur, ratus in eo Spiritum Dei Templum sibi consecrâsse , Jacob. Pontan. *in Bellarmin. Attic. pag. 691.* Kemip. d. l. art. 2. §. 6. Pontificiæ Religioni addicti colunt adhuc osculo (17) RELIQVIAS, ut medicinam ab ipsis expectent, sentiant- que se exinde sanatos. LOJOLÆ (18) defuncti corpus Bern- 18 hardina quædam Romana, cuius filia strumis diu laboraverat, uti apud Medicos desperata fuerat sanitas , optavit Ignatii tangere vestimenta , tandem per turbam hominum evasa, frustulam apprehendit , osculata & valetudinem amissam , recuperasse , dicitur , Petr. Massæus lib. 3. *in vit. Ignat. Lojolæ cap. 14.*

19 VULNERA (19) & Cicatrices MARTYRUM Fideles exosculat i sunt, Prudent. *in hymno S. Vincentii passion.* dicat:

Coire toto ex oppido
 Turbam fidelem cerneret,
 Mollire præfultum torum,
 Siccare cruda vulnera
 Ille unguarum duplices
 Sulcos pererrat OSCVLIS,
 Hic purpurantem corporis
 Gaudet cruento lambere.

20 CONSTANTINUS MAGNUS (20) Iabra cicatricibus
 sanctorum Martyrum admovit , Theodoret. *Histor. Ecclesiast. lib. 1. cap. 11.* Euseb. *lib. 1. de vit. Constantini c. 4.* Cæfareæ in Palestina natalis S. Juliani Capadocis, qui exosculans
 necatorum Martyrum corpora, ut Christianus, *Martyrolog. Roman. XIII. Kal. Mart.* Factum (21) est ex illis sive veris sive
 fictis reliquiarum miraculis , ut rudit & ad superstitionem

pronior plebs adorare easdem ; tangere devotè & osculari
 cæperit, eximiæ inde Virtutis atque Meritorum participem
 fore sperans. D. Thomas Steger, Lipsiæ ad D. Thomæ Ecclesiastes, *in Dissertat. Theologic. Inaugural. de Ortu & Progressu Reliquiarum thes. 51.*

22 ISIDORUS (22) Clarius an. 1555. defunctus, tantam Sanctitatis opinionem reliquit, ut post obitum turbæ ingruente & invitis custodibus ædes perrumpente totis quadringentis horis ad deosculandum patuerit , nullo
 fœtore emissio vid. August. Thuanus *lib. 16. Histor. Dn. Kemp.*

d.l.

d. I. Ast Sanctus (23) religiosè non esse colendos, Carolus Ma- 23
 gnus lib. 1. de Imag. cap. 9. ac lib. 2. c. 20. & 25. eum citante D.
 Joh. Gerdard. in Confession. Cathol. ab ipsius filio Joh. Ernesto
 Gerhardo, in Epitom. redacta lib. 2. special. part. 2. art. 10. cap. 2.
 pag. mib. 510. docet. Adoratur, *inquit*, Deus, sed non oscula-
 tur; venerantur sancti, qui è seculo cum triumphis merito-
 rum migraverunt, sed nec adorari debent cultu divino, nec
 osculari, (*latinius osculo excipi*) (24) quid pulverem lentiame- 24
 ne circumdatum adorando oscularis? Propè ritum Gentili-
 um videmus sub prætextu religionis introductum in Ecclesiis.
 Hieronym. epist. 2. advers. Vigilant. Tom. 2. oper. p. 121. Dn.
 Andreas Kunad. S. Theol. D. & in Academ. Wittebergens. Pro-
 fess. in Constantin. Evangel. Disp. 5. cap. 2. Romani Simula-
 crum (25) ex ære Herculis osculati sunt, Cicer. lib. 6. in Verrem. 25
 MEGARENSES (26) in honorem Veris, teste Theocrito 26
Idyll. 12. oscula distribuere. Vere quippe ineunte inter ipso-
 rum pueros certamen fuit institutum, ut qui suavius esset de-
 osculatus, corallis onustus abiret. Vid. Marcell. Donat. &
 Joan. Gruterus in Thesaur. Critico pag. mib. 576. Aliquid reli-
 gionis (27) in osculis LIMINUM & POSTIUM subesse, 27
 Romani putarunt, vid. Lipsium lib. 2. Elector. 6. Turneb. lib. 12.
 advers. c. 5. pag. 382. Tibull. lib. 1. Eleg. 2.

**Non ego si merui, dubitem procum-
 bere templis,
 Et dare facratis oscula limibus;**

In cultu (28) divino oscula Diis libabantur, de quo ritu pertra- 28
 etavit J. L. de la Cerda in Virgilium & Læl. Bisciola. Tom. 1.
 lib. 7. cap. 14.

CAPUT SEPTIMUM
DE
OSCULO MYSTICO.

SUMMARIA.

1. Quid dicatur osculum Mysticum. 2. Duplex datur sacræ Scripturæ sensus. 3. Osculum Mysticum in sacris literis denotat cultum. 4. Deosculatio apud Hebreos idem est quod Adoratio. 5. Adorare dicitur, quod manus admoveatur ori. 6. Quid significet Psalm. 2. v.12. Osculamini filium. 7. Grotius Psalmum in persona Davidis perperam explicat. 8. D. Osiandri observatio ad Grotium ponitur. 9. Psalmus agit de Messia. 10. Quænam sit Lyrani sententia refertur. 11. Oscula libemus sanctissimis Dei filii manibus, que cœlos condiderunt. 12. Sponsa in Canticis: Osculetur me osculo oris sui. 13. Quomodo interpretetur illud S. Bernhardus. 14. Quomodo S. Ambrosius. 15. Piè differit Stegmann. 16. D. Glassius verba Sponsæ cœlestis de promulgatione Evangelii explicat. 17. Christianus Iesum intra, circa, infra & quæ supra eum sunt, osculetur. 18. Christi vulnera osculemur. 19. Osculum denotat obedientiam. 20. D. Calixti ad Genes. 41. v. 4. explicatio. 21. Versio Lutheri. 22. Quid sit in sacris osculari vitulos. 23. Idolum actu non sunt osculati. 24. Quale fuerit Idolum Moloch. 25. Osculum Ebræis significat mortem placidissimam. 26. Moses, Aaron & Miriam mortui dicuntur in osculo.

- 1 (1) **M**ysticum dicimus, quod non tam corporaliter figitur, quæm quod obedientiâ vel singulari honoris cultu perficitur. Duplex (2) enim datur sacræ Scripturæ sensus, mysticus sive Spiritualis, & Literalis. D. Christian. Chemnitius, Disput. Theol. de Sens. Scriptur. Sacr. 4. tb. 6. Mysticus est, qui

qui non significatur proximè per ipsa verba , sed per rem
 ipsis verbis significatam , D. Salom. Glassius lib. 2. Philol. Sacr.
 part. 1. Sect. 1. Osculum (3) Mysticum in sacris literis denotat 3
 cultum reverentiam , & adorationem. Et de osculatio (4) 4
 idem sæpè apud Ebræos est quod Adoratio. Desumunt , in-
 quid Flacius in Clavi S. Scripturæ derivationem nominis ado-
 rare ab ad & ora , ut sit adoratio quasi ad ora inclinatio ; ita
 dicta ab adjuncto orientalium populorum gestu , qui hono-
 rem exhibituri superioribus ora ad pedes & genua inclina-
 bant , vel manus ad ora movebant ; & Hugo Grotius Expli-
 cat. Decalog. pag. 35. Non aliud significat (5) latinum adorare , 5
 non ab orare i. e. precari , factum , ut imperiti homines existi-
 mant , sed ab eo , quod manus admoveatur ori , vid. Joh. Cun-
 rad. Dieteric. in Antiquitat. Biblic. in Job. 31. v. 26. pag. mib. 408.
 Gruter. Thesaur. Critic. f. 2. Barth. advers. l. 32. cap. 13. D. Go-
 thofredi Cundisii dissertat. de genuino Religiose Adorationis &
 invocationis objecto Jena anno 1650. habit. §. 2. Sic (6) Psal. 2. v. 6
 12. Osculamini Filium. vertit B. Lutherus : Huldet Ihm / gebt
 Ihm gleiche Ehre mit dem Vater / Joh. 5. vers. 23. Vinarienses :
 Erkennet Ihn für einen einzigen HEren und HEyland / liebet Ihn
 inbrünstig. Quem Psalmum (7) post Jansenium , Calvinum , 7
 Pellicanum in persona Davidis explicat Grotius , ast perperam ;
 uti gnaviter animadvertis (8) Consummatus ille Tübingen- 8
 sum Theologus D. Joh. Adum Osiander , in aureis Observa-
 tionibus ad lib. Hugonis Grotii , de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 2:
 ad thes. 7. observat. 1. ibi : Quum verò dicitur , osculamini
 Filium , malè hoc Grotius exponit in Commentario , ac si
 Daniel hoc voluisse : Vos alii vicini Reges intersectorum
 Regum exemplo territi in tempore , venite ad fædus obse-
 quiosum , beati omnes , qui fidei meæ se permittunt. Non
 enim hīc agi de osculo Davidi inferendo , ex dictis constat:
 Cum Psalmus agat (9) de Messia , per filium hīc intelligitur 9
 Filius in æternitate genitus , ex quo superior eminentissimo

crea-

creaturarum ordini ipsis angelicis spiritibus *Ebra. 1. v. 4. & 5.*
 Quamvis autem Psaltes referat hæc verba ad Filium Dei
 consubstantialem, non tamen agunt illa directè de submis-
 sione ad fœdus obsequiosum, sed latriâ & cultu divino illi
 deferenda, ut partim vox ipsa docet, quæ ita usurpatur
I. Reg. 19. vers. 18. partim usus & consuetudo illorum, qui
 extra Ecclesiam, atque hoc modo Deastros suos venerabam-
 tur, quod Jobus indicat, dicendo *cap. 31. vers. 26. 27.* Si
 vidi solem cùm fulgeret & lunam incedentem, clarum & læ-
 tatum, est in abcondito cor meum, & osculatus sum manum
 meam ore meo, quamvis enim sint, qui de læta fortuna hoc
 accipient, quos dum quis suæ industriae tribuit, manum su-
 am osculari dicitur, tanquam fontem tanti boni, & juxta
 Gregorium, qui laudat, quod facit, & testimonio propriæ lo-
 cutionis sibi virtutem tribuit operationis manum suam oscu-
 lari dicatur, nihilominus alii interpretes de protensione ma-
 nūs religiosâ è longinquo & osculo illius luce cœlesti perfusæ
 accipiunt, imò ipse Grotius de subreptione opinionis, quod
 Sol & Luna summi Dii, rerumque arbitri, animus adorandi
 quibus debeatur, partim interpretes orthodoxi, inter quos
 Dn. D. Gejerus hic omnino videndus. Hæc D. Osiander;
Io ranus (10) ad hujus Psalmi verba; id est, facite Christo debi-
 tum homagium. Nam facientes homagium fidelitatis alicui,
 ipsum osculamur. Obedientia hisce verbis poscitur. D. Glas-
 sius *Rhet. S. Tr. I. cap. 4. p. 69.* Sanctes Pagnin. in *Lexico* allegat
 verba R. Aben Ezræ: Servite Domino respectu Domini,
 Osculamini filium respectu Messiæ. Osculari ergò heic loci
 est Regi Christo sceptrâ sua submittere, ipsique servire, Drus.
 in *comment. ad difficil. loca Genes. c. 118. lib. 2. observ. c. 16.* & cent.
I. miscell. c. 60. D. Job. Gerhard. tract. de Magistrat. polit. membr. I.
num. 166. addatur D. Hoe ad *Psal. 2. concion. 7.* D. Calovius in
H *Bibl. vet. T. illustr. p. 1256.* Oscula (II) libemus sanctissimis
 Dei Filii manibus, quæ cœlos condiderunt *Psal. 102. vers. 26.*

Sic

- 8910 -

Sic Sponsa (12) in Canticis : Quis mihi det , de fratrem meum 12
 fugentem ubera matris meæ ; ut inveniam de solum foris , &
 de oscular Te & jam nemo me despiciat . *Cant. 8. vers. 1. ait :*
Osculetur me osculo oris sui. Ad quem (13) locum S Bern- 13
 hardus : O felix osculum & stupenda dignatione mirabile , in
 quo non os ori imprimitur , sed Deus homini unitur , & ibi
 quidem contactus labiorum complexum significat animo-
 rum ; hic autem consideratio Naturarum divinis humana
 componit , pacificans , quæ in terra sunt , & quæ in cœlis .
 Eleganter hæc mystica oscula exemplo à sponsis petito S. 14
 Ambrosius (14) teste D. Hildebrando *de Nupt. veter. Christian.*
 declarat : Constitue , ait , Virginem desponsatam multo tem-
 pore & justo Sponsi amore ferventem , quæ multa præclara
 dilecti opera probabilium testium assertione cognoverit , de-
 sideriis suspensis frequenter dilatam , jam non ferentem mo-
 ras , quæ omnia fecisset , ut sponsum videret , votis suis ali-
 quando potitam ad improvisum Sponsi adventum gaudio
 turbatam non querere primordia salutationis , non verbo-
 rum vices , sed statim , quod desideraverat , osculum exigere :
 Ita Sancta Ecclesia sub primordia mundi desponsata in Para-
 diso , præfigurata in diluvio , annunciata per legem , vocata
 per Prophetas diu Redemtionem hominum , Evangelii de-
 corem , dilecti expectavit adventum tandem moræ impatiens
 in oscula ruit , dicens : Osculetur me osculis oris sui ! *Ser- 15*
mon. 1. in Psalm. 118. & piè D. Stegmann. (15) differit in *Christo-*
gnos. d. l. En, inquit, oscula mutua! quasi diceret ; Nolo divitias :
 nolo honores , nolo pompas , nolo delitias , osculetur me oscu-
 lo oris sui . Hoc solum cupio , hoc solum peto , hoc solum volo .
 Angelorum oracula experta , ad altiora festino , osculum oris
 ejus exopto . Non quiesco , non satior , donec osculetur me
 osculo oris sui . O confidentiam ! O audaciam ! Non pedum
 aut manuum , sed oris oscula petit ! Grandis arrogantia , ô spon-
 sa , satis est , sufficit tibi cùm Mariâ osculari pedes ; quid di-

vini oris oscula pedis? Ignoras ipsum, ignoras te; quis est ille?
Quæ es tu? Absolutissimus amor est: ignorat Majestatem, reverentiam nescit, omnia æquat, omnia audet, omnia sibi lice-re putat; & quicquid dicat, quicquid audiat, indulgetur amo-ri. Imitemur hunc Sponsæ ardorem, osculemur Sponsum,
¶ 6 ut ipse vicissim osculetur nos. D. Salomon (16) Glassius lib. 5.
Philolog. Sacr. tract. 1. cap. 7. Sponsæ cœlestis verba de pro-mulgatione Evangelii per Filium Dei hominem factum expli-cat. Vid. Dn. Joh. Frider. Nicolai *Dissertat. Philologic. con-*
¶ 7 *tra R. Aben Esræ de Osculis in Cant. cant. 1. 2.* Quomodo (17) Christianus Jesulum intra, circa, infra, & quæ supra eum sint osculetur, vide devotè meditantem Herrenschmid. *tract.*
¶ 8 *de Oscul. cap. 23. 24. 25. 26. & 27.* Christi vulnera, (18) quæ illu-striora & splendidiora sunt radiis solis, osculari nos jubet ex Chrysost. Joach. Beust. *in exposit. Evang. Domin. Quasimod.*
¶ 9 Osculum (19) denotat obedientiam, sic Pharao *Gen. 41. v. 4.* dicit; Ad os osculabitur omnis populus meus; Ita Hebræa, quam expressit Tremellius, & ad os te osculabitur omnis po-pulus meus, vid. Junius, tibi addit in notis: Hoc subiectio-nis symbolo Dominum te agnoscet atque profitebitur. D.
¶ 10 Georg. Calixtus (20) *in histor. Josephi ad d. c. Genes.* explicat, sermonem tuum & oris tui mandata ex osculabatur, venerabi-tur, exequetur. Vulgatus sententiam expressit: Ad tui oris imperium cunctus populus obediens, adde Drusum ad loca
¶ 11 difficil. *Genes. 118.* B. Lutherus (21) rem signatam exprimit, und deinem Worf soll all mein Volk gehorsam seyn! *Oscula-ri* (22) VITULOS dicuntur homines *Osee 13. vers. 2.* Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi confla-tile de argento suo, quasi similitudinem Idolorum, factura artificum tota est, his ipsi dicunt: immolate homines, vi-tulos adorantes, qui homines immolant, hi vitulos osculan-tur, ubi osculari adhuc idem est, quod venerari, ubi D. An-dreas

dreas Osiander *in notis*, Sacerdotes & Pseudo-Prophetæ dicebant, qui Deo apud vitulos aureos eximum cultum præstare volunt, homines in sacrificium afferant. Nam Idolum (23) ipsum actu seu ore non admovebant seu osculabantur, sed prostrati in terram istud colebant. Erat enim Idolum (24) MOLOCH, referente Lyrano *in cap. 18. Levit.* & A-24
 drichomio *in Jerusalem num. 180.* æneum capite vitulino, reliquo corpore hominis formâ, regiis in signibus, ac regio in throno considens, protendens manus, quibus pueros in sacrificium sibi oblatos exciperet, quod pyrâ intus accensâ, (erat concavum) ubi totum igne incanduerat, pueros, quos brachiis excipiebat, vel etiam adstringebat & amplectabatur, & ut omnes more concremabat, verum ne puerorum ululatus in diris hisce cruciatibus exaudirentur, atque his parentum animi ad commiserationem permoverentur, sacerdotes Idoli tympana quatiebant, ac tubis clangebant. Tandem heic coronidis loco notasse non pigebit osculum Ebræis (25) significare MORTEM PLACIDISSIMAM. Buxtorff. *in Lexic. Maj. Rabbinico Thalmud. ex Med. Kadon.* & describit eam R. Maimonides *in Doctore perplexorum lib. 3. cap. 51. p. 52. sequentibus verbis:* Quod magis facultates corporales debilitantur, ignisque cupiditatum extinguitur, tanto magis intellectus robatur, lumen ejus augetur, apprehensio purificatur, & de eo, quod apprehendit, lætatur; ita & cum homo perfectus ad maturam ætatem pervenit, & morti adpropinquat; supra modum apprehensio, lætitia ex apprehensione orta, & amor rei apprehensæ augentur, ut anima à corpore quasi separatur, tempore voluptatis illius. Huc respexerunt sapientes nostri, (26) dum de morte *Mosis, Aaron & Miriam* ajunt, quod isti tres mortui sint in osculo vel per osculum, ajunt enim, quod dicitur; Et mortuus est Moses servus Domini in terra Moab ad os Domini, id docet, quod in *deosculatione*

mortuus sit, Clariss. Martin. Kempius in *Dissert. de Oscul. artic.* i. §. 4. R. Salomon in *De var. rabba*: Ea ipsa hora osculatus est cum (Mosen) Deus, & accepit animam ejus per deseculationemoris. Quorsum respexisse dicitur Jonathan Ben-Uziel, quando ita de Morte Moysis: Et collectus est ibi Moyses servus Domini in terra Moab juxta osculum sermonis Domini D. Joh. Ernest. Gerhard. in *Dissertat. de Sepultur. Moysis in anno 1667. Jenæ habit. cap. 3. §. 3.*

CAPUT OCTAVUM & ultimum DE OSCULO PROFANO.

SUMMARIA.

1. Repeditur distinctio osculi profani in Tolerabile & intolerabile.
2. Ad istud referuntur osculationes apud Romanos in suscipiendis Amicis usitatæ.
3. Apud Batavos hodie in usu est, advenientes osculari.
4. Turcæ in congressu humeros, in digressu genua, osculantur.
5. Quomodo ritè sit expediendum osculum docet Rogerus.
6. In civili tamen conversatione non cuivis à quovis oscula dare licitum est.
7. Infantula Diana Brontem Cyclopem qui audacter blandus, in sinu sublatam osculari audebat, deturpat.
8. Profanum heic opponitur Sancto.
9. Profanus denotat Diabolum.
10. Quid sit osc. Idololatricum.
11. Veteres fanum prætereuntes manum ori admoderunt & ad osculum retulerunt.
12. Quomodo Solem & Lunam coluerint gentes.
13. Manum suam osculari idem est, quod suum ipsius opus commendare.
14. Hodie Iudei nibilium precatione adorant.
15. Absolonis osculum adulatorium narratur.
16. Versio Vinariensis 2 Samuel. 15. v. 5.
17. Clerici ut acciperent pecuniam osculati sunt capita Matronarum.
18. Quid sit osculum Simulatorum.
19. Jo-
ab

ab osculum dedit Amasi, eumque latenter gladio percussit.
 20. Crudelissima Neronis Historia, quod matrem fuerit
 osculatus ac verbis amantissimis eam in navim ad inte-
 ritum ejus comparatam deduxerit, refertur. 21. Gallorum
 proverbium. 22. Tale frequentatur in Aulis, in quibus frau-
 des regnant. 23. Guevrræ sententia de osculis. 24. non so-
 lùm in Aulis Exterorum, sed Germanorum etiam osculatio-
 nes usitatæ. 25. Proverbium. 26. Osculum Proditorium
 Judæ omnium sceleratissimum est. 27. Verisimile est Aposto-
 los Christum accedentes salutare cum osculo solitos. 28. Al-
 phonsus Salmeron de hoc Osculo præclare differit. 29. Sen-
 tentia Esthii existimantis Christum Judæ vicissim osculum
 dedisse, minus probabilis est. 30. Hodie Judæ similes inveni-
 untur. 31. Osculum lascivum. 32. Ebræi vocant fatuum. 33.
 Adulterii præambulum dicitur. 34. Versus ex accusio cita-
 tur. 35. Oscula quæ non negat, nec negat tandem cætera. 36.
 Profanum manet, licet persona sancta tate insigat. 37. Äqua-
 lis militat contra Clericum ac Laicum ex osculo præsumtio.
 38. Vovent sèpè Clerici castitatem, sed fortassis eo animo,
 quo Augustinus. 39. Jovianus Pontanus exemplum de Sene
 Cardinali & Puella Cypria meretrice habet. 40. Jucunda
 Historia refertur. 41. Quis hodie cum Leone I. Pontifice
 ob osculum infixum admittit membrum corporis? 42. Si quis
 invitæ obtrudat osculum actione injuriarum potest pulsari.
 43. Vasallus ob osculum libidinosum feudum potest amittere.
 44. Nisi mos regionis excusat. 45. Neminem nisi Christum
 osculemur.

HOc (1) supra in antiloquio diximus aliud Tolerabile quod 1
 quidem nullam sanctitatem in se habet, absque tamen ma-
 lâ est intentione, fitque officii & moris ergo, aliud intolerabile;
 Ad istud (2) referimus osculationes, quæ apud ROMANOS 2
 insuscipiendis Amicis in usu erant; Sic Ammianus Marcel-
 linus in rer. gestar. lib. 22. pag. m. 237. edit. Lindebrog. inquit:

(100)

Itineribus emensis cum ad Pylas venisset, qui locus Cappadocas discernit & Cilicas, osculo suscepsum rectorem provinciae nomine *Celsum* jam inde à studiis cognitum Atticis, ascitumque in consensum vehiculi Tarsum secum induxit, & Andreas Hereboord exorcit. *Ethic.* 44. *thes.* 4. de more popularium
3 sic judicat; apud BATAVOS (3) hodie in usu esse advenientes osculari, illaque oscula innoxia esse, & absque libidinis tillatione, sollius officii causâ, caste impingi posse. TURCÆ
4 (4) non salutem verbis impertiunt, sed in congresu humeros, in digressu genua osculantur, Guevarra in *Epist. ad Mendozam*.
5 Quomodo osculum rectè sit expediendum (5) Constant. Roger. *tract. de tote cap. 19. n. 18.* monstrat verbis: Multi nesciunt osculari: Unde tu opponas alteram manum ad mentum mulieris, alteram verò ad occiput, cum elegantilabiorum impressione. Sed fortè nemo hīc Præceptorem desiderabit rogerium. D. Stryke *dissert. de Jur. Sens. 7. cap. 5. n. 10.*
6 Neque tamen (6) in civili conversatione à quovis cuivis oscula dari licitum est; *Eunica* puella civilis, Rusticum basium dare conantem abs se repellit apud Theocritum ἐνθαλίσκω.

---- Aufer te hinc procul, inque
malam rem,
Tu mihi suaviolum dare vis homo
rusticus? atqui
O miser, haud didici dare basia a-
grestibus unquam,
Sed magis urbanis soleo oscula fi-
gere labris.

Non

Non mihi tu nitidum os labris for- dentibus unquam Contigerit, nec per somnum.

Infantula Diana (7) Lemniam ingressa officinam, ut *Arma* 7 poscat, *Brontem Cyclopem*, qui audacter blandis, in sinu sublatum osculari avebat, tuliginosam cæsariem barbamque vellens, deturpat. Emmanuel. *Thesaur. Inscription. in Regiar. Ædium Ornament.* pag. mibi 155. De INTOLERABILI potius heic sermone noster esto, ita ut *Profanum* (8) opponatur *Sancto*, sitque, quod falsò & irreligiosè infertur; veluti Profanus pro Gentilibus, paganis, perfidis, nequissimis dicit Abbo de *Obsidione Lutetiae*, & Profanus (9) simpliciter denotat *Diabolum*. Uti in illis fallere non potest milites Christi militia *Profani & impostoris*. Barthius *Adversarior. lib. 59. cap. 12.* & quod de suo seculo scripsit Johan. Lithocomus, *in Prefat. Lexic. Græc. in Nov. Testam. anno 1552.* Vulgus literatorum magis hodie spectare, quod sit profanum, quam quod sacrum; hoc de osculis affimes, magis scilicet homines ad illecebras, quam pias actiones moveri. Profani osculi variæ determinantur species; aliud est IDOLOLATRICUM; (10) quò Christiani referunt, quod contra Dei legem est, & licet apud Profanos pietatem in suo genere sapiat, apud nos tamen pro tali non habetur; horum quædam tam Capite IV. quam VI. & VII. nominatae sunt. Extra Ecclesiam Christi hodiè *Tartaros* Idolo tamen deferre honorem d. cap. IV. meminimus. Apud veteres (11) quosdam mos fuit, ut cum fanum aliquod præterirent, manum ori admoverent, & ad osculum referrent, uti post Minutum Felicem, Apulejum & Plinium, notat Drusius *Observat. lib. 1. cap. 20.* Olim quoque Solem & Lunam adorabant osculo, hac referan-

tum

tur dicta in Jobo cap. 31. v. 27. & latatum, deceptum est in abscondito cor meum (non quod Jobus Idololatriam commiserit, quod absit, vid. Dieteric. *Antiqu. Biblic.* ad hunc locum pag. mibi 406. & osculatus sum manum meam ore meo;

12 Cum enim (12) Sol & Luna colerentur aliæque creaturæ absentes, admoveare manum ori atque osculari manum solebant. Quoniam igitur admovebat manum ori, ut manus videretur osculum quasi præbere ori, idcirco dicit Jobus : *Si osculata fuerit manus mea os meum*, id est, si vel gestu tantum externo significem me amore & obedientiâ prosequi cœlestes istas creaturas : si vel coluero, quemadmodum Deum atque Creatorem, cum vetuerit Deus, ne quis ejusmodi cultum deferrat, ne genua flectat, ne manum osculetur, vel quicquam ejusmodi faciat creaturis istis inanimatis, Rainoldus *Tom. 2. prælect. in Apoc. libr. pag. 1559.* D. Andreas Osiander ex Lutherio ; Manum (13) suam osculari idem est quod suum ipsius opus commendare, celebrare, magnificare. Id verò soli Deo competit. Vinarienses ita : das ist / nach Heydnischem Brauch/ meine Hand hätte ausgestreckt/ Sonn und Mond dar- auf scheinen lassen/ und hernach ihnen zu Ehren dieselben gefüsst. De quo supra cap. 7. diximus, idem est quod 1. Reg. cap. 19. vers. 18. dicitur. Hodie Judæos (14) novilunium precatio- ne adorare leges apud Buxtorff, *Synagog. Judaic. cap. 17.*

15 Porrò aliud est ADULATORIUM ; (15) Sic Absolon pa- trium regnum inhians populi favorem sibi conciliabat, ut cujuslibet apprehensi oscularetur manus 2. Sam. 15. vers. 5.

16 Vinarienses (16) sic habent : Und wenn jemand sich zu ihm thåte/ daß Er Ihn (Absolon) wolte anbethen/ (Ihm grosse und hohe Ehre anthun) so reckt Er seine Hand aus/ und ergreiff Ihn/ (richtet ihn auf) und küsset ihn (womit er eine sonderbare Freundschaft zu erkennen geben wolte) ibique Petr. Martyr. *in comment.*

17 Huc referas (17) Clericorum Aucupium pecuniæ, scilicet blan- ditias

dicias adhibuisse, quò potuerint opes corraderet; Hieronym.
epist. 22. ad Eustat.: inquit: Clerici ipsi osculantur capita Matronarum, & exsertà manu, ut benedicere eos putes velle. Si nescias, pretia accipiunt salutandi, Dn. Joh. Paul. Felliinger. *in Academ. Altorf. Profess. in Aucup. pecun. b. e. Misfar. Solitar. apud Pontificios abus. thes. 12.* (18) SIMULATORES osculum est, quod sub specie amicæ osculationis alius fallitur & læditur; Sic *Joab* (19) invidiâ stimulatus contra *Amasim*, quem *David*. sibi in Ducem exercitus constituerat sub specie amicitiæ verbis pacificis eum salutavit, atque osculum dedit latenter eum gladio percussit in latere, ita ut mox ex vulnere occumberet *2. Samuel. 20. vers. 9.* De NERONE (20) Dio Cassius lib. 61. *in Nerone* ita: Sed cum Romæ nihil facere esset ausus, ne scelus divulgaretur, procul in Campaniam profectus est, acceptaque matre, in eâ ipsâ navi magnificentissimè atque splendidissimè ornatâ navigavit. Id faciebat, ut illa in reliquum tempus eodem navigio uti cuperet, cumque Baüsos venisset, magnificentissima convivia per multos dies egit: In his matrem amicè & benevolè accipiebat, simulabatque se absentis ejus magno desiderio teneri; præsentem osculabatur, petere jubebat, si quid vellet: Eique multa antequam peteret, concedebat. Post cœnæ tempus mediâ nocte eam, (summâ benevolentâ) complexus est, atque oculos ejus & manus osculatus, comitatusque ab euntem dixit: Mea mater vale mea causâ, & cura valetudinem; Ego quidem certè tuâ vivo & regno. Posthac eam tradidit Aniceto liberto, quasi is eam domum ducturus esset in navi quam ad interitum ejus comparatam fuisset diximus; & Neronem ad visendum interfactæ cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse sitique interim abortâ bibisse narrat Suetonius *in Neron. c. 34.* Crude liorem sanè vix leges lector historiam, nec facinus audies in-

Y

dignus.

dignus. *Fax fuit Nero & hostis generis humani.* GALLO-RUM (21) proverbium est: Celuy n'est pas digne de vivre, qui ne peut baiser le manche de celuy, a qui il voudroit voir le bras coupé, *boc est*, Dignus vita non est, qui non potest osculari manum, quam optaret esse amputatam. Tale frequentatur (22) in AULIS ; in quibus alterente Seneca in Hippolyt. fraudes regnant, ut Andreas Ellingerus inde sentiat:

Aula sit olla quid est ? parasitos
utraque nutrit:
Invida sinceros non amat Aula
VIROS.

23 Egregium est quod differit (23) Guevarra ad Mendozam, si quid, *inquit*, mei hic est judicii, puto autorem hujus reverentiae & simulatae dimissionis fuisse hominem abjectum, omnisque urbanitatis expertem : Nam alterius osculari manum non est volupe ; pedes vero osculari etiam turpe. Manibus emunguntur nares, scabiei pruritus pellitur, cætera me proferre pudet. Quoad pedes notum est, eos à sudore fætere, unguis raro praescari, eosque verrucis atque immundicie scatere. Ita ut ego quidem malim assam ovinam comedere, quam manus vel pedes thrasonis aulici osculari. In ea omnino sum sententia, in aulis Principum plures esse, qui etiam si ad oscula pedum manuumve sese adjiciant, eos non potius præcidere vel corpus fustibus contundere malint. Neque 24 in Aulis (24) Exterorum scil. Hispanorum, Italorum & Gallicorum, sed etiam Germanorum (ut facilis est in priarum harum potius, quam virtutum imitatio) manuum deosculationes usitatae

usitatæ sunt, Martin. *Disput. Ethic. 10. quest. 12. ad fin.* Besold.
Thesaur. practic. verb. Handfassen. Umb (25) des Kindes 25
willen küsset man die Amme / proverbium, vid. Wanckel *ad*
Guevar. Horolog. Princip. lib. 3. c. 25. Osculum (26) PRO 26
DITORIUM *Judæ* omrium sceleratissimum est. Judas
enim, qui electus fuerat in ducem virtutis, Dux & Anteſi-
gnanus factus est Impietatis. S. Matthæus 26. de Eo; quem-
cunque osculatus fuero, ipſe est; tenere Eum. & 48. Domi-
nus Ipſe; Juda osculo filium hominis prodis, Dilherrus exer-
cit. *Philolog. tom. 1. diff. 17. thes. 2. ait:* Verisimile est, (27) 27
Apostolos Christi accedentes, salutare cum osculo solitos,
pro more regionis. Cūm itaque Judas Dominum ſuum,
traditurus eſſe Judæis, eosque cum militibus ipſum adiret,
osculum Ei dedit; quo signo à militibus, qui non norant eum,
agnosceretur. Alphonsus Salmeron. *tractat. 16.* Osculum
hoc, (28) *inquit*, non aliud fuit, quām lupi morsus invaden- 28
tis agnum, vel, contractus gladii in jugulum ovis, conjunxit-
que infelix quodam riſu & lætitia, verbisque blandis os ſuum
impurum cum ore Dei purissimo, brachia poditoria cum
divinis brachiis, osculum cum morte, pacis ſymbolum cum
belli tessera, emtorem mundi cum venditore Redemptoris:
Eius enim osculum bellum indicit, ejus salutatio aſſert pro-
ditionem, ejus amplexus iniamicitas immortales gignit: quia
amplectitur, quem deferit, osculatur, quem prodit, salutat,
quem morte tacitâ occidit. De osculo Judæ plura vid. a-
pud Dn. Kempium c. l. *Dissertat. posterior.* Estius (29) anno- 29
tationib. in præcip. ac difficultiora S. Scriptur. loc. Matth. 26. exi-
ſtimat Christum Judæ viciſſim osculum impressisse; quoni-
am verò Scriptura de eo tacet, neque nobis id afferere inte-
grum est. Credat, qui velit, nos traditionem ejusmodi ad pan-
dectas errorum & superstitionum referimus. Si (30) hodi- 30
erna tempora consideremus, dicendum est, hocce ſeculum
ſide eſſe nudatum & plurimos inveniri Judæ ſimiles:

(12)

Judas Kuß und Joabs Treu
Ist ja worden heute neu/
Küsse mich und gieb mich hin
Das ist heut der Welt hr Sinn.

- 31 Osculum denique (31) LASCIVUM seu *impudicum*, quod
32 Ebræi vocant *fatum*, (32) est vel ad stultitiam vel propter-
viam, Bereschit Rabba *sect. 10.* inordinatum D. Danhäuser. in
33 ὁδοσοφία Christian. Phænom. 6. & (33) Adulterii præambulum
dicitur, sicuti percussio præparatorium est homicidii, Angel.
34 l. 2. col. fin. ff. *de privat. delict.* juxta versum, (34) qui ab Ac-
cursio recitatur in l. quod ait 13. ff. ad L. Jul. de Adulter.

Visus & Alloquium, Tactus, post Oscula Factum.

- Et quinta via ad fornicationem, Thom. Cantipratan. in lib. 5.
35 qui inscribitur bonum Universal. lib. 2. cap. 30. §. 49. Oscula (35)
nīm. quæ non negat, nec negat tandem cætera, Jan. Gruter.
36 in Bibliothec. Exul. sub tit. *Osculi.* Neque (36) Profanum
esse desinit, Persona licet specie tenus Sancta illud infigat,
cūm multa sub cappa Religiosorum abscondantur peccata;
Evidem Glossa in c. absit II. quest. 3. Monachum aliumve
virum religiosum alienam mulierem osculari visum suspi-
cione Luxuriæ vel nequitia eximit, quoniam si talis am-
plectitur mulierem, religio eum excuset, causâque bene-
dicendi, non adulterandi hoc fecisse præsumatur, Speculat.
de præsumtione. §. 2. vers. 1. Verum à tali benedictione libe-
ra nos Domine, Andr. Perneder. ad Ordinat. Crim. Carol. V.
37 tit. 7. art. 30. & æqualis (37) contra Clericum ac Laicum
ex osculo militabit præsumtio, Prosper. Farinac. oper. Cri-
38 min. quest. 136. num. 203. Vovent (38) sæpe Religiosi casti-
tatem,

tatem, sed fortassis ex animo pro ejus conservatione orant,
 quo Augustinus *libr. 8 Confession. c. 8. num. 2.* à Deo se petuisse
 castitatem in exordio Adolescentiæ suæ ipsemet scribit;
 Petieram à Te, Deus, castitatem, & dixeram: Da mihi ca-
 stitatem & continentiam; sed noli modò. Timebam enim,
 ne me citò exaudires & citò sanares, à morbo concupiscen-
 tiæ, quem malebam expleri quam extingui. Johani Jovianus
 Pontanus *in Dialog. qui inscribitur Charon*, exemplum (39) 39
 de Sene Cardinali & Puella Cypria meretrice introducit. ju-
 cunda ac memorabilis est Historia (40) quam vernacu-40
 lo sermone ex Chronico Cæsarum Mich. Saxo recenset:
Keyser Rudolff von Habsburg nahm im hohen Al-
 ter seine andere Gemahl Agnes / die gar jung und
 schön war / eine Tochter des Herzogs von Bur-
 gund/ mit welcher Er aber hohes Alters halber kei-
 ne Kinder zeugte. Als diese einstmals vom Bi-
 schoff zu Speyer/ der ein Graff von Leiningen war/
 vom Wagen gehoben ward/ und der Bischoff durch
 ihre Schönheit bewegt / Ihr wieder ihren Willen
 einen Kuß auf den Backen gab/ verdreß es die züch-
 tige Kaiserin also / daß Sie es ihrem Herren flag-
 te. **K**eyser Rudolpff da Ers hörete/ ward Er zornig/
 und ließ dem Bischoff sagen / Er solte Ihm vor seine
 Augen nicht wieder kommen / und Ihm ein ander
 Pacem zu füßen schaffen / denn dieß Pacem hätte
 Er vor sich allein erwehlet. Also mußte der Bischoff
 umb des unverschämten Kusses willen aus dem
 Lande reiten/ und sich an frembden Orthen bis zu

174

des Kaisers Tode verbergen. Maximè Reverendus

Theologus D. Joachimus Hildebrandus, *in Libello de Nuptiis
41 veter. Christianor.* Quis (41) hodie cum Leone I. Pontifice ob-
sculum infixum amittit membrum corporis? De eo autem
refertur, quod, cum Ipsi Eucharistiam populo distribuenti
matrona quædam osculum fixerat, ut simul aculeos libi-
dinis inferret, ut primum concepti ignis impetus senserit,
statim manum velut contagiosam, è quâ lues in totum
corpus irrepserat, ultrò sibi trucidaverit, Lansius *in oration.
de Italia* pag. 793. quod factum tamen laudem non meretur

42 Herrenschmidt d. l. cap. 48. Hodie (42) si quis invitæ ob-
trudit osculum, actione injuriarum potest pulsari; Tem-
eritatis enim & attentatæ pudicitiae indicium aestimatur, Dn.
Strauch *ad Jus Justinian.* disp. 19. Aphor. 14. & ejusmodi de-
osculans extraordinariè puniri potest, Farinac. quest. 142.
num. 154. Menoch. *de Arbitr. judic.* Quest. lib. 2. cas. 287.
num. 2. D. Stryke *de Iurib. Sensuum dissert.* 7. cap. 5. num. 10.

& seqq. Jul. Clar. quest. 88. §. ult. Aloysius Riccius *in part.
43 3. decis.* 155. adeò ut Vasallus (43) ob osculum libidinosum
feudum possit amittere, Matth. de Afflict. *ad §. item si fidelis
1. Feud.* 5. num. 30. Menoch. d. l. lib. 2. cas. 267. num. 3. Bor-

44 chold. *de feud.* lib. 1. cap. 8. num. 99. nisi (44) tamen mos re-
gionis præbeat excusationem Niell. *disp. feud.* 8. thes. 5. lit. b.
D. Stryke d. l. Atque hæc sunt quæ de Osculo & imprimis
Sancto dicere volupe fuit; Qui de osculis plura scire deside-
rat, adeat Herrenschmidum, Rittershusium, Romanum,
Kempium.

Claudamus tandem meditationes nostras & neminem
45 (45) osculemur, quam Christum. Ingeminemus cum Herren-
schmidio *in prefat. ex Hermann. Hugon. in Emblemat:*

Na-

Nascere parve PUER, mea suscipe
 basia CHRISTE,
 Basia quæ somno non nocitura
 tuo.

Nascere parve Puer, meque exime
 protinus umbris:
 Ut videam cunas parve puelle
 tuas.

TANTUM!



Georgius Agricola
De Re Metallica

amico suo anno 1556 anno 1556

22.